peditatu sibi adiuncto Segestanos liberavit, Hamilcare nec ad manus venire auso; et sociis civitatibus firmatis, elapsa aestate Romam rediit. post eius abitum Hamilcar Drepanum (est autem portus opportunus) muniit, eoque res maximi pretii contulit; et Erycinis omnibus expulsis, atque urbe eversa, ne locus munitissimus Romanis ad bellum gerendum usui esset, urbes alias vi alias proditione cepit: ac nisi a C. Floro, qui ibi hibernabat, coercitus fuisset, totam Siciliam subegisset.

L. Scipio eius collega exercitum in Sardiniam et Corsicam duxit, insulas in Tyrrheno mari sitas, tam exiguo intervallo separatas ut ex longinquo pro una habeantur. ac primum Corsicae principe urbe Valeria [Aleria] vi capta, reliquis citra laborem est potitus. in Sardiniam navigaturus cum classem Carthaginiensem conspexisset, in eam impetum fecit. sed cum illa priusquam ad manus veniretur fugisset, Olbiam urbem invasit. ubi navium Carthaginiensium conspectu territus (nec enim a peditatu satis ad pugnam paratus erat) domum versus iter intendit.

Ἐν δὲ τῷ τότε χρόνῳ ἄλλοι τε τῶν ἁλόντων καὶ ἐν τῷ ἄστει B δουλευόντων, καὶ οἱ Σαυνῖται (συχνοὶ γὰρ πρὸς τὴν τοῦ ναυτικοῦ παρασκευὴν ἀφίκοντο) συνέθεντο τῇ Ῥώμῃ ἐπιβουλεῦσαι. μαθὼν δὲ τοῦτο Ἕριος Ποτίλιος ὁ τῆς βοηθείας ἄρχων προσεποιήσατο συμφρονεῖν αὐτοῖς ἵνα ἀκριβώσῃ πᾶν τὸ δεδογμένον αὐτοῖς, καὶ ἐπεὶ μὴ οἷός τε ἦν καταμηνῦσαι τὸ βούλευμα (πάντες γὰρ περὶ αὐτὸν ἦσαν οἱ Σαυνῖται), ἔπεισεν αὐτοὺς βουλῆς ἀγομένης εἰς τὴν ἀγορὰν ἀθροισθῆναι καὶ καταβοῆσαι αὐτοῦ ὡς περὶ τὸν σῖτον ἀδικουμένους ὅνπερ ἐλάμβανον. τῶν δὲ τοῦτο ποιησάντων μεταπεμφθεὶς ὡς αἴτιος τοῦ θορύβου ἐξέφηνεν αὐτοῖς τὴν ἐπιβουλήν. καὶ τότε μὲν ἡσυχάσαντας ἀπέπεμψαν, νυκτὸς δὲ συνέλαβον ἕκα- C στοι τῶν ἐχόντων δούλους τινὰς ἐξ αὐτῶν· καὶ οὕτως ἡ πᾶσα διελύθη συνωμοσία.

Τῷ δ' ἐπιγενομένῳ θέρει ἔν τε τῇ Σικελίᾳ καὶ τῇ Σαρδοῖ ἅμα ἐπολέμησαν οἱ Ῥωμαῖοί τε καὶ οἱ Καρχηδόνιοι. καὶ μετὰ τοῦτ' Ἀτίλιος Λατῖνος ἐς τὴν Σικελίαν ἐλθών, καὶ Μουτίστρατον πόλιν ὑπὸ τοῦ Φλώρου πολιορκουμένην εὑρών, τῇ παρασκευῇ ἐκείνου ἐχρήσατο. καὶ προσβολὰς περὶ τὸ τεῖχος αὐτοῦ ποιουμένου πρῶτον μὲν οἱ ἐπιχώριοι μετὰ τῶν Καρχηδονίων ἠμύνοντο κραταιῶς, τῶν δὲ γυναικῶν καὶ τῶν παίδων ἐς δάκρυα καὶ ἐς οἰμωγὰς προαχθέντων οὐκ ἀντέσχον. ὑπεξελθόντων δὲ νυκτὸς D τῶν Καρχηδονίων ἅμα τῇ ἕῳ τὰς πύλας ἐθελονταὶ οἱ ἐπιχώριοι ἀνεπέτασαν. εἰσελθόντες δὲ οἱ Ῥωμαῖοι πάντας ἐφόνευον, ἕως

2 κελευόντων (corr δουλευόντων) C. 13 ἐλύθη A. 14 σαρδῷ C. 16 Λατῖνος] immo Καλατῖνος. 17 εὑρών] ἑλὼν C. 23 εἰσιόντες AB. πάντες C.

Eo tempore cum alii captivi tum Samnites, quorum complures ad navalem instructionem venerant, Romae insidiari decreverunt. quo Herius Potilius auxiliorum dux cognito, se eis assentiri simulavit, ut omnia eorum consilia cognosceret. quia vero illa deferre non poterat, a Samnitibus undique circumdatus, eis persuasit ut, cum senatus haberetur, in foro congressi vociferarentur in demetiendo frumento fraudem sibi esse factam. quod cum illi fecissent, arcessitus ut tumultus auctor, insidias exposuit. ac tum quidem seditione sopita illi sunt dimissi: noctu vero, cum quique domini servos suos comprehendissent, omnis coniuratio dissipata est.

Sequenti aestate Romani et Carthaginienses simul et in Sicilia et in Sardinia bellum gesserunt. deinde cum Atilius Latinus [Calatinus] in Siciliam venisset atque Mutistratum urbem a Floro obsessam invenisset, copiisque illius usus moenia oppugnaret, oppidani principio cum Carthaginiensibus ei fortiter restiterunt, sed uxoribus et liberis lamentantibus, omissa defensione, Carthaginiensibus noctu digressis, primo diluculo portas ultro aperuerunt. verum Romani ingressi nemini peper-

ἐκήρυξεν ὁ Ἀτίλιος τὴν λοιπήν τε λείαν καὶ τοὺς ἀνθρώπους τοῦ λαβόντος εἶναι· ἔκτοτε γὰρ τούς λοιπούς τε ἐζώγρησαν καὶ τὴν πόλιν προδιαρπάσαντες κατέπρησαν.

12. Ἐκεῖθεν δ' ἐπὶ Καμάριναν ἀπερισκέπτως γενόμενοι ἐς χωρία προλελοχισμένα ἐνέπεσον· καὶ πανσυδὶ ἂν ἐφθάρησαν, εἰ μὴ Μάρκος Καλπούρνιος χιλιαρχῶν σοφίᾳ μετῆλθε τὸ δυστύχημα. ἰδὼν γάρ τινα τῶν πέριξ λόφων μόνον ὑπὸ τοῦ κρημνώ- P I. 389 δους μὴ προκατειλημμένον, ὁπλίτας τριακοσίους παρὰ τοῦ ὑπάτου ᾐτήσατο, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐπ' ἐκεῖνον ὥρμησεν, ἵν' οἱ πολέμιοι πρὸς αὐτοὺς τράπωνται, κἀντεῦθεν οἱ λοιποὶ διαφύγωσι. καὶ ἔσχεν οὕτως· ὡς γὰρ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν εἶδον οἱ ἐναντίοι, ἐκπλαγέντες τὸν μὲν ὕπατον καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ὡς ἤδη ἑαλωκότας κατέλιπον, ἐπὶ δὲ τὸν Καλπούρνιον συνέδραμον. καὶ μάχης ἰσχυρᾶς γεγονυίας πολλοὶ μὲν κἀκείνων πάντες δ' οἱ τριακόσιοι ἔπεσον· μόνος δὲ περιεσέσωστο ὁ Καλπούρνιος, τρωθεὶς μέν, λαθὼν δ' ἐν τοῖς νεκροῖς κείμενος ὑπὸ τῶν τραυμάτων ὡς τεθνηκώς, ἔνθα ζωὸς εὑρεθεὶς ἐσώθη. ἐν ᾧ δ' οἱ τριακόσιοι ἐμάχοντο, ὁ ὕπατος B ἀπεχώρησε. διαφυγὼν δ' οὕτως τήν τε Καμάριναν καὶ ἄλλας πόλεις τὰς μὲν βίᾳ τὰς δὲ καὶ ὁμολογίᾳ παρεστήσατο. ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Λιπάραν ὥρμησεν ὁ Ἀτίλιος. νυκτὸς δὲ λαθὼν προκατέσχεν αὐτὴν ὁ Ἀμίλκας, καὶ ἐπεξελθὼν αἰφνιδίως πολλοὺς διέφθειρε.

1 ἀτίλιος AC, Ἀττίλιος PW. 4 καμαρίναν A, Καμερίναν PW. 9 πολέμιοι AC, πόλεμοι PW. 15 περιεσέσωστο A. 19 καὶ om C.

Fontes. *Cap. 12. Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerptum Peirescianum 44, exc. Vaticanum 63 p. 183.*

cerunt, donec Atilius pronuntiari iussit praedam et homines eius fore qui cepisset: tum demum reliquis captis urbem direptam incenderunt.

12. Inde Camarinam incircumspecte aggressi, atque in loca insidiis occupata delapsi, omnes perissent, nisi M. Calpurnius tribunus militum calamitatem eam arte correxisset. nam cum ex omnibus unum tumulum ob praecipitium non occupatum vidisset, trecentos a consule milites petiit. quos cum propere illo adduxisset, ut hostibus in se conversis caeteri effugerent, non deceptus est. nam hostes eorum impetu perculsi, consule cum suis ut iam captis relictis, contra Calpurnium concurrerunt. et atroci pugna commissa multi etiam ex illis, sed illi trecenti omnes perierunt, praeter unum Calpurnium: qui cum prae vulneribus instar mortui inter cadavera iacuisset, vivens repertus evasit incolumis. interea vero dum trecenti pugnant, consul Atilius abiit. et evitato periculo, Camarina et aliis urbibus partim vi partim deditione subactis, ad Liparam proficiscitur. quam cum Hamilcar clam noctu occupasset, subita eruptione facta multos occidit.

Γάϊος δὲ Σουλπίκιος τῆς τε Σαρδοῦς τὰ πλεῖστα κατέδραμε, καὶ ὑπερφρονήσας ἐκ τούτου ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Λιβύην. καὶ ἀπῆραν μὲν καὶ οἱ Καρχηδόνιοι σὺν τῷ Ἀννίβᾳ περὶ τοῖς οἴκοι W II 58 δεδιότες, ἀντιπνεύσαντος δὲ πνεύματος σφίσιν ἄμφω ὑπεχώρησαν. καὶ μετὰ ταῦτα ἔσφηλε διά τινων ψευδαυτομόλων τὸν Ἀννίβαν ὁ Ἀτίλιος ὡς ἐς τὴν Λιβύην αὖθις πλευσόμενος. σπουδῇ τε οὖν C αὐτῷ ἐξαναχθέντι ἐπιπλεύσας ὁ Σουλπίκιος τὰς μὲν πλείους τῶν νεῶν ἀγνοούσας ὑπὸ ὁμίχλης ἐπὶ πολὺ τὸ γινόμενον καὶ ταραττομένας κατέδυσε, τὰς δὲ λοιπὰς καταφυγούσας ἐς τὴν γῆν κενὰς εἷλεν. ὁ γὰρ Ἀννίβας οὐκ ἀσφαλῆ τὸν λιμένα ὁρῶν, καταλιπὼν αὐτὰς ἀνεχώρησεν εἰς πόλιν Σουλκούς· ἔνθα στασιασάντων πρὸς αὐτὸν Καρχηδονίων προῆλθέ τε ἐς αὐτοὺς μόνος καὶ ἀπώλετο. ἀδεέστερον δ' ἐκ τούτου τὴν χώραν κατατρέχοντες οἱ Ῥωμαῖοι ἡττήθησαν ὑπὸ Ἄννωνος. ταῦτα ἐν τῷ ἔτει τούτῳ ἐγένετο. καὶ συνεχῶς λίθοι ἐξ οὐρανοῦ ἐς τὴν Ῥώμην ἅμα πολλοί, ὡς καὶ χαλάζῃ ἐοικέναι, ἔπεσον· καὶ ἐς τὸ Ἀλβανὸν καὶ ἄλλοθι λίθους D ὁμοίως συνέβη κατενεχθῆναι.

Οἱ δ' ὕπατοι ἐπὶ Σικελίαν ἐλθόντες ἐπὶ Λιπάραν ἐστράτευσαν. ἐπεὶ δ' ὑπὸ τὴν ἄκραν τὴν Τυνδαρίδα καλουμένην ναυλοχοῦντας ᾔσθοντο τοὺς Καρχηδονίους, διχῇ τὸν πλοῦν ἐποιοῦντο. καὶ θατέρου τῶν ὑπάτων τῷ ἡμίσει τοῦ ναυτικοῦ τὸ ἀκρωτήριον περιβαλόντος, νομίσας ὁ Ἀμίλκας μόνους εἶναι, ἐξανήχθη· ὡς

3 καὶ om C. 4 ὑπεχώρησαν] ἐπέστρεψαν A, ὑπέστρεψαν B. 6 ἀτίλιος AC, Ἀττίλιος PW. πλευσούμενος B, πλευσάμενος C. 11 ὑπεχώρησεν A. 13 δ' om A. 15 καὶ ὡς C. 18 σικελία A. 19 ναυλοχοῦντες B, ναυλομαχοῦντας A.

C. vero Sulpicius non modo Sardiniae pleraque loca infestavit, sed successibus elatus etiam contra Libyam iter intendit. ac Carthaginienses cum Hannibale solverunt, patriae metuentes; sed vento adverso repulsi ambo recesserunt. deinde Atilius Hannibalem per subornatos transfugas, tanquam denuo in Africam navigaturus, decepit. cum igitur celeriter e portu solvisset, Sulpicius contra eum invectus plerasque naves eius prae caligine diu ignorantes quid rei esset ac turbatas demersit: reliquae ad terram profugerunt atque inanes captae sunt. nam Hannibal cum portum non tutum esse videret, iis relictis in urbem Sulcos se contulit; ibique orta contra eum seditione Carthaginiensium, cum solus ad eos prodiisset, periit. ex eo tempore Romani securius agros populantes ab Hannone victi sunt. haec eo anno gesta sunt. et continenter lapides de caelo simul plures grandinis instar Romae deciderunt: idem in Albano et alibi quoque factum.

Consules in Siciliam profecti Liparam oppugnarunt. cum autem sub Tyndario promontorio Carthaginienses in insidiis esse cognovissent, naves diviserunt. et cum alter consul semisse classis promontorium circumdedisset, ratus Hamilcar eum solum esse, naves suas contra eduxit.

δὲ καὶ οἱ λοιποὶ ἐπεγένοντο, πρὸς φυγὴν ἐχώρησε καὶ τοῦ ναυτικοῦ πλεῖστον ἀπέβαλεν. ἐπαρθέντες δ' οἱ Ῥωμαῖοι Σικελίαν
P I 390 μὲν ὡς ἤδη σφετέραν οὖσαν κατέλιπον, τῇ δὲ Λιβύῃ τῇ τε Καρχηδόνι ἐπιχειρῆσαι ἐτόλμησαν. ἡγοῦντο δὲ αὐτῶν ὅ τε Ῥηγοῦλος ὁ Μάρκος καὶ Λούκιος Μάλλιος, ἐξ ἀρετῆς προκριθέντες. καὶ οἱ μὲν εἰς τὴν Σικελίαν πλεύσαντες τὰ ἐκεῖ τε καθίστων καὶ τὸν ἐς τὴν Λιβύην ηὐτρέπιζον πλοῦν, Καρχηδόνιοι δὲ οὐκ ἀνέμειναν αὐτοὺς ἐπιπλεῦσαι σφίσιν, ἀλλὰ παρασκευασάμενοι πρὸς Σικελίαν ἠπείχθησαν. καὶ παρὰ τῇ Ἡρακλειώτιδι ἐς χεῖρας ἀλλήλοις ἦλθον. ἰσοῤῥόπου δὲ τῆς ναυμαχίας ἐπὶ πολὺ γινομένης, τέλος ὑπερέσχον Ῥωμαῖοι· Ἀμίλκας δὲ ἀντιστῆναι αὐτοῖς οὐκέτι ἐτόλμα, Ἄννωνα δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔπεμψεν ὡς ὑπὲρ εἰρήνης, βουλόμενος
B τὸν καιρὸν τρίβειν· ἤλπιζε γὰρ στράτευμά οἱ πεμφθήσεσθαι οἴκοθεν. Ἄννων δέ, βοώντων τινῶν συλλαβεῖν αὐτὸν ὅτι καὶ Καρχηδόνιοι ἀπάτῃ συνέλαβον τὸν Κορνήλιον, "ἂν τοῦτο ποιήσητε" εἶπεν, "οὐδὲν ἔτι κρείττους τῶν Λιβύων ἔσεσθε." ἐκεῖνος μὲν οὖν εὐκαιρότατα θωπεύσας αὐτοὺς οὐδὲν ἔπαθεν, οἱ δὲ καὶ αὖθις τοῦ πολέμου εἴχοντο. καὶ οἱ μὲν ὕπατοι ἐκ τῆς Μεσσήνης ἔπλεον, Ἀμίλκας δὲ καὶ Ἄννων διαιρεθέντες ἀμφοτέρωθεν αὐτοὺς περισχεῖν ἐμελέτων. ἀλλ' ὁ μὲν Ἄννων οὐχ ὑπέστη προσιόντας

1 ἐχώρησαν A. 3 τῇ δὲ Λιβύῃ — 5 προκριθέντες Dionis excerptum Peirescianum 44. cf. exc. Vatic. 63. 5 Μάλιος PW. ἐξ] ἀπ' Dionis exc. 6 ἐκεῖ τε B, ἐκεῖσε PW. 8 αὐτὸν A. 9 ἀπήχθησαν A. Ἡρακλειώτιδι] cf. p. 449 c ed. Paris. annot. 12 Ἄννωνα — 17 οὐδὲν ἔπαθεν Dionis excerptum Vaticanum 63. 16 ἔσεσθαι A. 18 Μεσήνης PW.

sed reliquis etiam se ostendentibus in fugam versus maximam navium partem amisit. hoc successu elati Romani, Sicilia ut iam suae dicionis relicta, Libyam et Carthaginem petere ausi sunt, ductu et auspiciis M. Reguli et L. Manlii, qui ob virtutem praelati caeteris, cum in Sicilia appulissent, insula ordinata navigationem Libycam adornarunt. verum Carthaginienses eorum adventu non exspectato, classe celeriter comparata, iuxta Heracleam cum eis congressi sunt. cumque diu aequo Marte pugnatum esset, Romani tandem vicerunt. Hamilcar vero non amplius eis resistere ausus, et, cum spem haberet domo sibi missum iri exercitum, tempus extrahere cupiens, Hannonem ad eos per speciem petendae pacis misit. quem cum quidam comprehendendum esse clamitarent, quod etiam Carthaginienses Cornelium fraude cepissent, "si istud" inquit "feceritis, Afris nihilo iam praestantiores eritis." ea tam opportuna adulatione incolumis evasit: illi vero rursus in bellum incubuerunt. ac consules Messana profectos Hamilcar et Hanno divisis copiis utrinque circumdare statuerunt. sed Hanno eorum accessu non exspectato ad

αὐτούς, προκαταπλεύσας δ' εἰς Καρχηδόνα ταύτην ἐφύλασσεν· ὁ δὲ Ἀμίλκας πυθόμενος τοῦτο κατὰ χώραν ἔμενεν. ἐκβάντες δ' εἰς τὴν γῆν οἱ Ῥωμαῖοι ἐπὶ τὴν Ἀσπίδα τὴν πόλιν ἐχώρησαν. C οὓς ἰδόντες προσιόντας οἱ ἐπιχώριοι προϋπεξῆλθον· καὶ ἀμαχεὶ κατασχόντες αὐτὴν οἱ Ῥωμαῖοι τοῦ πολέμου ὁρμητήριον ἐποιήσαντο, κἀντεῦθεν τήν τε γῆν ἐπόρθουν, καὶ πόλεις τὰς μὲν ἐθελουσίας τὰς δὲ φόβῳ προσεκτῶντο, λείαν τε πολλὴν ἐλάμβανον καὶ αὐτομόλους πλείστους ἐδέχοντο, καὶ τῶν οἰκείων συχνοὺς τῶν ἐν τοῖς πρὶν ἁλόντων πολέμοις ἐκομίζοντο.

13. Χειμῶνος δὲ ἐπιγενομένου Μάλλιος μὲν εἰς Ῥώμην σὺν τῇ λείᾳ ἀπέπλευσε, Ῥηγοῦλος δ' ἐν τῇ Λιβύῃ ὑπέμεινε. καὶ οἱ Καρχηδόνιοι ἐν παντὶ κακῷ γεγόνασι, τῆς χώρας τε πορ- D W II 59
θουμένης αὐτῶν καὶ τῶν περιοίκων ἀλλοτριουμένων, καὶ κατειληθέντες εἰς τὸ τεῖχος ἡσύχαζον. Ῥηγούλῳ δὲ παρὰ τὸν Βαγράδαν ποταμὸν στρατοπεδευομένῳ δράκων ἐπεφάνη ὑπερμεγέθης, οὗ τὸ μῆκος λέγεται εἶναι ποδῶν ἑκατὸν πρὸς τοῖς εἴκοσι· καὶ γὰρ ἡ λεβηρὶς αὐτοῦ εἰς τὴν Ῥώμην κεκόμιστο δι' ἐπίδειξιν· ἀνάλογον δὲ καὶ τὸν ἄλλον ὄγκον τοῦ σώματος εἶχεν. ὃς συχνοὺς τῶν στρατιωτῶν τοὺς μὲν πελάζοντας αὐτῷ τοὺς δὲ καὶ πίνοντας ἐκ τοῦ ποταμοῦ διέφθειρε. κατειργάσατο δ' αὐτὸν ὁ Ῥηγοῦλος

1 δ' om A, δὲ post Καρχηδόνα add B. 7 προσεπεκτῶντο A. 9 πολέμοις ἁλόντων AB. ἐκομίζετο A. 10 δ' B. ἐπιγινομένου C. μάλλιος A, Μάλιος PW. 11 σὺν om A. 12 κακῷ] καιρῷ C. 13 καταλειφθέντες A. 14 παρὰ] περὶ A. βαγράδην C. 15 στρατοπεδευσαμένῳ A. 16 τοῖς add ABC. εἴκοσιν C. 18 εἶχε post ὄγκον A, εἶχεν post ἄλλον B.

Fontes. *Cap.* 13. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerptum Ursinianum* 148.

Carthaginem tutandam properavit. quo Hamilcar cognito, eodem loco mansit. caeterum Romani exscensu in terram facto Aspidem (Clupeam) urbem invaserunt. quos cum cives accedere vidissent, e medio excesserunt. ita urbem Romani vacuam ceperunt, eaque ad belli gerendi commoditatem usi atque inde erumpere soliti agros vastarunt. et alias urbes vi alias deditione subegerunt, magnamque praedam ceperunt; et transfugas suorumque plurimos bellis prioribus captos receperunt.

13. Cum hiems supervenisset, Manlius cum manubiis Romam navigavit, Regulus in Africa mansit. Carthaginienses vero omnis generis malis conflictantes (nam et ager vastabatur et finitimi alienabantur) intra moenia conglobati se continuerant. Regulo ad Bagradam flumen castra metato draco ingens visus est, cuius longitudo pedum 120 fuisse perhibetur, et pellis ostentationis causa Romam perlata esse. longitudini tantae totius moles corporis respondit. eum, post multos milites qui vel propius accesserant vel e flumine biberant devoratos, Regulus

πληθύϊ στρατιωτῶν καὶ μηχαναῖς λιθοβόλοις. καὶ τὸν μὲν οὕτως P I 391 διέφθειρεν, τῷ δὲ Ἀμίλκᾳ ἐπὶ μετεώρου καὶ ὑλώδους στρατοπεδευομένῳ χωρίου νύκτωρ προσέμιξε, καὶ πολλοὺς μὲν ἐν ταῖς εὐναῖς, πολλοὺς δ' ἐξεγερθέντας διώλεσεν· εἰ δέ τινες καὶ διέφυγον, τοῖς τὰς ὁδοὺς τηροῦσιν ἐμπίπτοντες ὤλλυντο. καὶ οὕτω τῶν τε Καρχηδονίων μέρος ἀναλώθη πολύ, καὶ πόλεις αὐτῶν συχναὶ πρὸς Ῥωμαίους μεθίσταντο. φοβηθέντες δ' οἱ ἐν τῇ πόλει μὴ ἁλῶσι, διεκηρυκεύσαντο πρὸς τὸν ὕπατον, ὅπως ὁμολογίᾳ τινὶ ἐπιεικεῖ ἀποπέμψαντες αὐτὸν τὸ παραυτίκα δεινὸν ὑπεκφύγωσιν. ἐπεὶ δὲ πολλὰ ἀπῃτοῦντο καὶ φορτικά, ὡς ἅλωσιν B αὐτῶν ἀκριβῆ νομίζεσθαι τὰς σπονδάς, πολεμεῖν μᾶλλον εἵλοντο.

Ὁ μέντοι Ῥηγοῦλος μέχρι τότε εὐτυχῶν αὐχήματος μεστὸς ἐγένετο καὶ φρονήματος, ὥστε καὶ γράφειν εἰς τὴν Ῥώμην ὅτι κατεσφραγισμένας ἔχει τὰς τῶν Καρχηδονίων πύλας ὑπὸ τοῦ φόβου· τὰ ἴσα δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ καὶ οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐφρόνουν. ὅθεν καὶ ἐσφάλησαν. ἦλθον μὲν γὰρ τοῖς Καρχηδονίοις καὶ ἕτεροι σύμμαχοι, ἦλθε δὲ καὶ ἐκ Λακεδαίμονος Ξάνθιππος. οὗτος τὴν αὐτοκράτορα τῶν Καρχηδονίων ἀρχὴν εἰληφώς (ὅ τε γὰρ δῆμος αὐτῷ τὰ πράγματα προθύμως ἐπέτρεψε, καὶ ὁ Ἀμίλ- C κας καὶ οἱ λοιποὶ οἱ ἐν τέλει ἑκουσίως ἐξέστησαν) τά τε ἄλλα παρεσκεύασεν εὖ, καὶ ἀπὸ τῶν μετεώρων τοὺς Καρχηδονίους, ἐν

1 πλήθει A. 2 ἔφθειρε AB. καὶ ὑλώδους AB, ξυλώδους C, καὶ ξυλώδους PW. 5 διατηροῦσιν C. 7 φοβηθέντες — 11 εἵλοντο Dionis excerptum Ursinianum 148. 16 ἦλθον μὲν — p. 149 v. 2 ἰσχύσειν ἔμελλον] cf. excerptum Planudeum 40 apud A. Maium p. 540.

militum copiis et catapultis confecit. Hamilcarem autem in silvoso tumulo castra habentem noctu aggressus, multos in cubilibus multos experrectos occidit: si qui vero evaserant, ab iis qui vias custodiebant excepti perierunt. sic magna pars Carthaginiensium est absumpta, et multae urbes ad Romanos defecerunt. itaque ii qui in urbe erant veriti ne caperentur, caduceatores ad eum miserunt, ut eo tolerabili aliqua pactione amoto imminens malum subterfugerent. cum autem multa perquam molesta postularet, ut pacis condiciones nihil aliud quam excidium iudicarent, paci bellum praetulerunt.

Regulus enimvero ad id usque tempus prospera fortuna usus, animis et fastu adeo plenus fuit, ut Romam scriberet, se metu obsignatas habere Carthaginis portas. idem affectus et eius militum et civium Romanorum fuit. unde factum est ut impingerent. nam Carthaginiensibus cum alii tum Xanthippus Lacedaemonius auxilio venerunt. qui imperator creatus (nam ei et populus cupide summam rerum detulit et Hamilcar caeterique principes ultro cesserunt) cum alia probe ordinavit, tum Carthaginienses a tumulis, in quibus prae metu agebant, in plani-

οἷς ὑπὸ δέους ἦσαν, κατήγαγεν εἰς τὸ ὁμαλόν, ἐν ᾧ ἥ τε ἱππεία αὐτῶν καὶ οἱ ἐλέφαντες πλεῖστον ἰσχύσειν ἔμελλον. καὶ τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἡσύχαζε, τηρήσας δέ ποτε τοὺς Ῥωμαίους καταφρονητικῶς αὐλιζομένους (μέγα γὰρ φρονοῦντες τῇ νίκῃ καὶ τὸν Ξάνθιππον ὡς Γραικὸν ὑπερορῶντες — οὕτω γὰρ καλοῦσι τοὺς Ἕλληνας, καὶ εἰς ὄνειδος δυσγενείας τῷ προσρήματι κατ' αὐτῶν χρῶνται — τὰς στρατοπεδείας ἀπερισκέπτως πεποίηντο) οὕτως οὖν τοῖς Ῥωμαίοις διακειμένοις ὁ Ξάνθιππος ἐπελθών, καὶ τὸ ἱππικὸν αὐτῶν διὰ τῶν ἐλεφάντων τρεψάμενος, πολλοὺς μὲν κατέκοψε, πολλοὺς δὲ καὶ ἐζώγρησε καὶ αὐτὸν τὸν Ῥηγοῦλον. D καὶ ἐν φρονήματι διὰ ταῦτα ἦσαν οἱ Καρχηδόνιοι· τοὺς δὲ ἁλόντας περιέσωσαν, ἵνα μὴ καὶ οἱ παρὰ τῶν Ῥωμαίων πρότερον ἐξ αὐτῶν αἰχμαλωτισθέντες κτανθῶσι. τοὺς μὲν οὖν ἄλλους τῶν ἑαλωκότων Ῥωμαίων ἐν θεραπείᾳ εἶχον, τὸν δὲ Ῥηγοῦλον ἐν πάσῃ κακουχίᾳ πεποίηντο, τροφήν τε αὐτῷ ὅσον ἀποζῆν προσῆγον, καὶ ἐλέφαντα προσέφερον συνεχῶς, ὅπως ὑπ' αὐτοῦ δειματούμενος μήτε τῷ σώματι μήτε τῇ διανοίᾳ ἡσυχάζοι. ἐπὶ συχνὸν δὲ κακώσαντες οὕτως αὐτὸν εἰς δεσμωτήριον ἔθεντο.

Τοὺς δὲ σφετέρους συμμάχους οἱ Καρχηδόνιοι δεινότατα μετεχειρίσαντο. οὐ γὰρ εὐποροῦντες ἀποδοῦναι αὐτοῖς ἃ προϋ- P I 392 πίσχοντο, ἀπέπεμψαν αὐτοὺς ὡς καὶ τὸν μισθὸν αὐτοῖς οὐκ ἐς μακρὰν ἀποδώσοντες. ἐκέλευσαν δὲ τοῖς κομίζουσι σφᾶς εἰς ἐρήμην τινὰ νῆσον ἐκβιβάσαι καὶ λάθρα ἀποπλεῦσαι. καὶ τὸν Ξάν-

4 τῇ νίκῃ φρονοῦντες AB. 6 ὄνειδον A. 8 ὁ Ξάνθιππος om C. 12 καὶ om A. 13 οὖν om A. 21 ὑπέπεμψαν A. 23 ἐμβιβάσαι A, ἐκβιάσαι B.

ciem deduxit, ubi et equitatus eorum et elephantes plurimum poterant. hic aliis temporibus quietus, exspectavit dum Romani castra negligenter tuerentur. elati enim victoria Xanthippum ut Graeculum, quo nomine per contemptum utuntur, nihili facientes securi agitabant. sic affectos Romanos adortus, eorumque equitatu per elephantos profligato, multos occidit, multos cepit, atque ipsum Regulum. qua victoria Carthaginienses etsi animos receperant, tamen captivos conservarunt, ne ii quoque quos pridem Romani ceperant occiderentur. ac caeteros quidem bene tractarunt, Regulum autem omnibus modis afflixerunt. nam et tantum cibi praebebant unde vitam sustentare posset, et continenter elephantum ad eum adducebant, a quo territus neque animo neque corpore conquiesceret: denique post has vexationes eum in carcerem coniecerunt.

Suos etiam foederatos Carthaginienses crudelissime tractarunt. nam cum ea quae promiserant praestare non possent, eos dimiserunt, ut stipendia non multo post persoluturi. sed vectores eorum iusserunt, iis in deserta quadam insula expositis, clam discedere. Xanthippum alii

θιππον δὲ οἱ μὲν φασι καταποντίσαι αὐτοὺς ἀποπλεύσαντι ἐπι-
W II 60 πλεύσαντας, οἱ δὲ ναῦν αὐτῷ δοῦναι παλαιὰν μηδὲν στέγουσαν,
νέον καταπιττώσαντες ἔξωθεν, ἵν' αὐτῇ ἐφ' ἑαυτοῦ καταποντι-
σθῇ· τὸν δὲ γνόντα τοῦτο εἰς ἑτέραν ἐμβῆναι καὶ οὕτω διασω-
θῆναι. ταῦτα δ' ἐποίουν ἵνα μὴ δοκοῖεν πρὸς ἐκείνου σεσῶσθαι·
ἐνόμισαν γὰρ ἀπολωλότος αὐτοῦ καὶ τὴν τῶν ἔργων δόξαν συνα-
B πολέσθαι.

14. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ ἤλγουν μὲν διὰ τὸ συμβάν, καὶ
πλέον ὅτι τοὺς Καρχηδονίους ἐπὶ τὴν Ῥώμην αὐτὴν προσεδόκων
πλευσεῖσθαι. διὰ ταῦτα τήν τε Ἰταλίαν ἐν φυλακῇ ἐποιήσαντο,
καὶ ἐπὶ τοὺς ἐν Σικελίᾳ τῇ τε Λιβύῃ ὄντας Ῥωμαίους σπουδῇ
τοὺς ὑπάτους ἔπεμψαν, Μάρκον Αἰμίλιον καὶ Φούλβιον Πλαίτινον.
οἳ ἐς Σικελίαν πλεύσαντες, καὶ φρουρήσαντες τὰ ἐκεῖ, πρὸς Λι-
βύην ὡρμήκεσαν· καὶ χειμῶνι ληφθέντες κατηνέχθησαν ἐς Κόρ-
σουραν· πορθήσαντες δὲ τὴν νῆσον καὶ φρουρᾷ παραδόντες ἔπλεον
C αὖθις. κἀν τούτῳ ἰσχυρὰ ναυμαχία πρὸς Καρχηδονίους ἐγίνετο.
ἠγωνίζοντο γὰρ οἱ μὲν παντελῶς τοὺς Ῥωμαίους ἐκ τῆς οἰκείας
ἐκβαλεῖν, Ῥωμαῖοι δὲ τοὺς ἐγκαταλειφθέντας σφῶν ἐν τῇ πολεμίᾳ
ἀνασώσασθαι. ἀγχωμάλως δὲ μαχομένων οἱ ἐν τῇ Ἀσπίδι ὄντες
Ῥωμαῖοι κατὰ νώτου τοῖς Καρχηδονίοις ἐξαίφνης ἐπέπλευσαν,
καὶ ἀμφιβόλους αὐτοὺς καταλαβόντες ἐνίκησαν. καὶ μετὰ τοῦτο

3 καταπιττώσαντας? αὐτῇ] αὐτῷ C. ἑαυτοῦ] ἑαυτῆς AC. 4 τοῦτο] τοῦτον A. τοῦτο εἰς ἑτέραν] τοῦ τοῖς ἑτέροις C. 5 ἐκείνους C. 6 ἐνόμισαν — συναπολέσθαι om A. 10 πλευσεῖσθαι AB, ἀποπλευσεῖσθαι PW. διὰ δὲ? 12 immo *Paetinum*. 16 ἐγένετο A. 20 ἀπέπλευσαν C.

Fontes. *Cap.* 14. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi.*

submersum ab iis ferunt, abeuntem persecutis; alii navem ei datam veterem et ruinarum plenam, extrinsecus recens picatam, ut in ea per se submergeretur; quo is animadverso, alia navi conscensa evaserit. id vero factum ne ab illo conservati viderentur: putabant enim eo sublato etiam rerum gestarum gloriam una perituram.

14. Romanis ea clade maestis illud dolorem auxit quod Carthaginienses ad ipsam urbem navigaturos arbitrabantur. his de causis et Italiam praesidiis munierunt, et consules M. Aemilium et Fulvium Plaetinum [Paetinum] ad Romanos qui in Sicilia et Libya erant celeriter miserunt. qui cum Sicilia praesidiis firmata in Africam navigarent, tempestate ad Corsuram [Cossuram] delati, vastata insula et praesidiis munita perrexerunt. ac tum acre praelium in mari commissum est cum Carthaginiensibus. hi enim annitebantur ut Romanos e sua dicione penitus eiicerent, Romani vero ut suos ex hostili terra recuperarent. ancipiti pugnae eventu Romani qui Aspide (Clupeae) erant, a tergo Carthaginienses ex improviso adorti, utrinque circumventos vicerunt.

καὶ τῷ πεζῷ οἱ Ῥωμαῖοι ἐκράτησαν, καὶ εἷλον πολλούς· οὓς διὰ τὸν Ῥηγοῦλον καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ἁλόντας περιεσώσαντο. ἁρπαγάς δέ τινας ποιησάμενοι ἐς Σικελίαν ἔπλεον. χειμῶνι δὲ περι- D *πεσόντες καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντες, οἴκοι ταῖς ναυσὶ ταῖς περισωθείσαις ἀπέπλευσαν.*

Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι καὶ τὴν Κόρσουραν ἔλαβον καὶ ἐς Σικελίαν ἐπεραιώθησαν· καὶ εἰ μὴ τὸν Κολλατῖνον καὶ Γναῖον Κορνήλιον ἔμαθον πολλῷ προσπλέοντας ναυτικῷ, πᾶσαν ἂν αὐτὴν ἐχειρώσαντο. οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι ναυτικόν τε ἄριστον ταχέως ἐξήρτυσαν καὶ καταλόγους βελτίστους ἐπεποιήκεσαν, καὶ οὕτως ἐρρώσθησαν ὥστε τρίτῳ μηνὶ ἐς τὴν Σικελίαν ἐπανελθεῖν. πεντακοσιοστὸν δ' ἦν ἔτος ἀφ' οὗπερ ἡ Ῥώμη συνέστη. καὶ τὴν μὲν κάτω τοῦ Πανόρμου πόλιν οὐ χαλεπῶς εἷλον, τῇ δὲ ἄκρᾳ προσεδρεύοντες ἐκακοπάθησαν, μέχρις οὗ τοὺς ἐν αὐτῇ ἐπέλιπεν ἡ τροφή. τότε γὰρ προσεχώρησαν τοῖς ὑπάτοις. οἱ δὲ Καρχηδό- P I 393 *νιοι τὰς ναῦς αὐτῶν οἴκαδε πλεούσας τηρήσαντες εἷλον συχνὰς χρημάτων μεστάς.*

Εἶτα Σερουΐλιός τε Καιπίων καὶ Γάϊος Σεμπρώνιος ὕπατοι τοῦ μὲν Λιλυβαίου πειράσαντες ἀπεκρούσθησαν, ἐς δὲ τὴν Λιβύην ἐπεραιώθησαν, καὶ τὴν παραλίαν ἐπόρθουν. ὡς δ' ἐκομίζοντο οἴκαδε, χειμῶνι ἐνέτυχον καὶ ἐβλάβησαν. διὸ νομίσας ὁ δῆμος

2 *ἁλόντας*] *ὄντας* C. 7 *Κολλατῖνον*] immo *Καλατῖνον*. 18 *καιπίων* W, *πίων* AB, *πιαρ* C, *Καπίων* P. 19 *περάσαντες* AC. 20 *παράλιον* C.

deinde Romani etiam pedestri praelio victores ceperunt multos; quos propter Regulum et concaptivos eius conservarunt. abactaque praeda in Siciliam redierunt. sed tempestate conflictati, multis amissis, cum reliquis navibus domum redierunt.

Carthaginienses autem et Corsuram receperunt et in Siciliam traiecerunt: ac nisi Collatinum [Calatinum] et Gnaeum Cornelium cum magna classe adventare cognovissent, eam totam subegissent. Romani enim optimam classem celerrime compararunt et delectus fortissimorum virorum habuerunt, itaque firmati sunt ut tertio mense in Siciliam redirent. id factum anno ab urbe condita quingentesimo. ac Panormi urbem inferiorem facile ceperunt, sed in arcis obsidione difficultatibus conflictati sunt: donec praesidiarii commeatu destituti consulibus deditionem fecerunt. Carthaginienses autem observatis navibus eorum domum redituris multas pecuniae plenas ceperunt.

Deinde Servilius Caepio et C. Sempronius consules Lilybaeo frustra tentato in Africam transvecti oram maritimam infestarunt: in reditu incommodum ex tempestate ceperunt. itaque populus existimans

ἐξ ἀπειρίας τῶν ναυτικῶν βλάπτεσθαι, τῆς μὲν ἄλλης θαλάσσης ἀπέχεσθαι ἐψηφίσαντο, ναυσὶ δ' ὀλίγαις τὴν Ἰταλίαν φρουρεῖν παρεσκεύαζον.

Τῷ δ' ἐπιγενομένῳ ἔτει Πούπλιος Γάϊος καὶ Αὐρήλιος Σερουΐλιος ἐς τὴν Σικελίαν ἦλθον, καὶ ἄλλα τέ τινα κατεστρέψαντο καὶ Ἱμέραν· οὐ μέντοι τινὰ συνέσχον τῶν ἐν αὐτῇ· νυκτὸς B γὰρ αὐτοὺς οἱ Καρχηδόνιοι ἐξεκόμισαν. μετὰ δὲ τοῦτο Αὐρήλιος ναῦς τε παρὰ Ἱέρωνος εἰληφώς, καὶ ὅσοι τῶν Ῥωμαίων ἦσαν ἐκεῖ συμπαραλαβών, ἔπλευσεν εἰς Λιπάραν, καὶ ἐν αὐτῇ χιλίαρχον Κυΐντον Κάσσιον καταλιπὼν προσεδρεύσοντα μάχης ἄνευ, ἀπῆρεν οἴκαδε. Κυΐντος δὲ μὴ φροντίσας τῆς ἐντολῆς προσέμιξε τῇ πόλει καὶ πολλοὺς ἀπέβαλεν. ὁ μέντοι Αὐρήλιος μετὰ ταῦτα ἐκείνους ἑλὼν πάντας ἀπέκτεινε καὶ τὸν Κάσσιον τῆς ἀρχῆς ἔπαυσε.

W II 61 Καρχηδόνιοι δὲ τὰ δόξαντα τοῖς Ῥωμαίοις περὶ τοῦ ναυτικοῦ μαθόντες, ἔπεμψαν εἰς Σικελίαν, πᾶσαν ὑποτάξαι τότε ἐλπίσαντες. καὶ ἕως μὲν ἄμφω παρῆσαν οἱ ὕπατοι Καικίλιος C Μέτελλος καὶ Γάϊος Φούριος, ἠρέμουν· ὡς δὲ πρὸς τὴν Ῥώμην ἀπῆρεν ὁ Φούριος, κατεφρόνησαν τοῦ Μετέλλου καὶ πρὸς τὸ Πάνορμον ἦλθον. ὁ δὲ Μέτελλος κατασκόπους ἐλθεῖν μαθὼν ἐκ τῶν πολεμίων, ἤθροισε τοὺς ἐν τῇ πόλει πάντας, καὶ διαλε-

1 τῶν ναυτικῶν] τὸ ναυτικὸν AC. 3 παρεσκεύαζον om AB. 4 immo Γάϊος Αὐρήλιος καὶ Πούπλιος Σερουΐλιος, vel, ut p. 159 v. 1, Αὐρήλιος Γάϊος καὶ Σερουΐλιος Πούπλιος. 9 κυΐντον χιλίαρχον ABC. 10 προσεδρεύσοντα B, προσεδρεύσαντα A, προσεδρεύοντα PW. 15 τὰ δόξαντα om A. 17 ἐλπίσαντες ABC, ἐλπίζοντες PW. καὶ κίλλιος ABC. 18 φρούριος ABC et Ducangii codices fere ubique.

detrimenta illa ex rei navalis imperitia capi, reliquo mari abstinere et Italiam duntaxat paucis tueri navibus decreverunt.

Anno sequenti P. Gaius et Aurelius Servilius in Siciliam profecti cum alia loca tum Himeram ceperunt, sed vacuam civibus, quos Carthaginienses noctu asportarant. post haec Aurelius navibus ab Hierone acceptis, et Romanis omnibus qui in insula erant assumptis, Liparam traiecit; ibique Q. Cassio tribuno militum relicto, qui eam sine pugna obsideret, domum rediit. sed Quintus mandato consulis neglecto urbem aggressus multos amisit. qua deinde Aurelius expugnata omnes occidit, et Cassio magistratum abrogavit.

Carthaginienses, decreto Romanorum de re navali cognito, classem spe totius Siciliae potiundi miserunt. ac dum ambo consules Caecilius Metellus et C. Furius aderant, quieverunt: sed cum Furius Romam redisset, Metello contempto ad Panormum accesserunt. Metellus, cognita exploratorum praesentia, omnibus qui in urbe erant convocatis pro con-

χθεὶς αὐτοῖς ἀλλήλων λαβέσθαι σφίσιν ἐκέλευσε· καὶ οὕτως ἕκαστον ἀνακρίνων ὅστις τε εἴη καὶ ὅ τι πράττοι, κατεφώρασε τοὺς πολεμίους. Καρχηδόνιοι δὲ παρετάξαντο ὡς μαχούμενοι, καὶ Μέτελλος δεδιέναι προσεποιεῖτο. τούτου δ' ἐπὶ πλείους ἡμέρας γινομένου οἱ Καρχηδόνιοι ἐφρονηματίσθησαν καὶ προσέβαλλον θρασύτερον. καὶ τότε ὁ Μέτελλος σημεῖον τοῖς Ῥωμαίοις ἦρε· κἀκ τούτου ἐξαπιναίως ἐκεῖνοι κατὰ πάσας τὰς πύλας ἐπεκδρα- D μόντες ῥᾳδίως ἐκράτησαν, καὶ ἐς στενὸν αὐτοὺς κατέκλεισαν, ὥστε μηκέτ' ἀναχωρῆσαι δι' αὐτοῦ δυνηθῆναι. στενοχωρούμενοι γάρ, ἅτε καὶ αὐτοὶ πολλοὶ ὄντες καὶ πολλοὺς ἐλέφαντας ἔχοντες, ἐταράττοντο. κἀν τούτῳ τὸ ναυτικὸν τὸ Λιβυκὸν προσπλεῦσαν αὐτοῖς ἐγένετο φθορᾶς αἰτιώτατον. ἰδόντες γὰρ τὰς ναῦς ὥρμησαν εἰς αὐτὰς καὶ ἐμβαίνειν ἐξεβιάζοντο, καὶ οἱ μὲν εἰς τὴν θάλασσαν ἐνέπιπτον καὶ ἐφθείροντο, οἱ δὲ ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων ἐμπελαζομένων ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀπώλλυντο, οἱ δὲ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐκτείνοντο, πολλοὶ δὲ καὶ ζῶντες ἑάλωσαν ἄνδρες τε καὶ ἐλέφαντες. ἐπειδὴ γὰρ ἄνευ τῶν συνήθων σφίσιν ἀνδρῶν ὄντες ἠγριαίνοντο, κήρυγμα τοῖς αἰχμαλώτοις ὁ Μέτελλος P I 394 ἐποιήσατο, σωτηρίαν καὶ ἄδειαν τοῖς συλλαβοῦσιν αὐτοὺς διδοὺς· καὶ οὕτως προσελθόντες τινὲς τοῖς σφῶν πρᾳοτάτοις, ἐκείνους τε διὰ τὴν συνήθειαν ἐχειρώσαντο καὶ τοὺς ἄλλους προσεπεσπάσαντο. οὓς καὶ εἰς τὴν Ῥώμην ἐκόμισαν ἑκατὸν ὄντας καὶ εἴκοσιν, οὕτως αὐτοὺς τὸν πορθμὸν περαιώσαντες. πίθους πολλοὺς συνδήσαντες

2 κατεφώρασαν A. 7 τὰς om A. 9 δι'] δ' C. 15 ἀπώλλοντο A. 17 τε om A. 20 προσελθόντες] προσιόντες αὐτοὺς B. τινὲς add AB.

tione edixit ut sese invicem prehensarent, et quemvis rogando quis esset quidque ageret, hostes deprehendit. Carthaginiensibus autem ad pugnam se parantibus per dies complures metu simulato effecit ut elati animis audacius moenia oppugnarent; signoque dato, Romanis subito portis omnibus erumpere iussis, facile vicit in angustias redactos. unde cum evadere non possent, in tanta et virorum et elephantorum multitudine turbabantur. sed interea classis Punica appellens exitii causa in primis eis fuit. nam dum naves conscendere contendunt, partim in mari perierunt, partim ab elephantis et sese et homines urgentibus conculcati partim a Romanis occisi sunt. capti etiam multi et viri et elephantes. qui cum magistros suos non habentes exasperarentur, Metellus captivis qui eos cepissent salutem et impunitatem praeconio promitti iussit. sic illi mansuetissimis et notis captis etiam caeteros attraxerunt. qui 120 numero sic per fretum Romam sunt traducti. dolia multa inter sese devinxerunt, et lignis insertis ita distinxerunt ut neque separarentur

ἀλλήλοις καὶ ξύλοις διαλαβόντες σφᾶς, ὥστε μήτ' ἀπαρτᾶσθαι σφᾶς μήτε συμπίπτειν, δοκοὺς ἐπ' αὐτῶν ἐπέτειναν καὶ ὕλην καὶ γῆν ἐπεφόρησαν, φράξαντές τε πέριξ τὸ χωρίον, ὡς αὐλῇ τινι ἐοικέναι, εἰς τοῦτο αὐτοὺς ἐπεβίβασαν, καὶ διεπόρθμευσαν οὐδ'
B αἰσθανομένους ὅτι πλέοιεν. ὁ μὲν οὖν Μέτελλος οὕτως ἐνίκησεν, ὁ δ' Ἀσδρούβας ὁ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς σωθεὶς τότε ὕστερον ὑπὸ τῶν οἴκοι Καρχηδονίων ἐκλήθη καὶ ἀνεσκολοπίσθη.

15. Οἱ Καρχηδόνιοι δὲ διεκηρυκεύσαντο τοῖς Ῥωμαίοις διά τε τἆλλα καὶ τὸ πλῆθος τῶν αἰχμαλώτων, καὶ τοῖς πρέσβεσι καὶ αὐτὸν τὸν Ῥηγοῦλον συνέπεμψαν, πᾶν δι' αὐτοῦ οἰηθέντες κατωρθωκέναι διὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνδρός. ὥρκωσάν τε αὐτὸν ἦ μὴν ἐπανήξειν. καὶ ὃς τά τε ἄλλα ὡς εἷς τῶν Καρχηδονίων ἔπραττε, καὶ οὔτε τὴν γυναῖκα εἰς λόγους ἐδέξατο
C οὔτε τὴν πόλιν εἰσῆλθε, καὶ ταῦτα καλούμενος. ἀλλ' ἔξω τοῦ τείχους τῆς βουλῆς ἀθροισθείσης, ὡς ἔθος ἦν χρηματίζειν τῶν πολεμίων τοῖς πρέσβεσιν, εἰσαχθεὶς εἰς τὸ συνέδριον εἶπεν "ἡμᾶς ὦ πατέρες πρὸς ὑμᾶς Καρχηδόνιοι ἔπεμψαν (ἐκεῖνοι γάρ με ἐστάλκασι, ἐπεὶ δοῦλος αὐτῶν νόμῳ πολέμου γεγένημαι), καὶ ἀξιοῦσι μάλιστα μὲν καὶ τὸν πόλεμον λύσασθαι ἐπὶ συνθήκαις ταῖς δοκούσαις ἀμφοῖν, εἰ δὲ μή, τῶν αἰχμαλώτων ποιήσασθαι ἄλλαγμα."

3 πέριξ om A. 5 αἰσθομένους A. 6 ἀσδρούσβας A, qui sic solet. 7 οἴκοι add A. 8 Οἱ Καρχηδόνιοι — 16 τοῖς πρέσβεσιν Dionis excerptum Ursinianum 149. cf. quod A. Maius p. 541 Dioni tribuit excerptum Planudeum 43. 10 δι'] δ' C. 11 κατωρθωκέναι AC, κατορθωκέναι PW.

Fontes. *Cap.* 15. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerptum Ursinianum* 149, *et fragmentum libri undecimi apud grammaticum* περὶ συντάξεως *in Bekkeri Anecd.* p. 140 v. 20.

neque coirent: eaque trabibus constrata, sarmentis et terra ingesta, circumsepserunt, ut structura illa stabuli instar esset; in eamque introductos sine sensu navigationis traiecerunt. hac victoria potito Metello Hasdrubal dux tum quidem evasit, sed post domi a Carthaginiensibus accusatus atque in crucem actus est.

15. Carthaginienses cum aliis de causis tum ob captivorum multitudinem Romam legatos miserunt, adiuncto Regulo, quem propter virtutem et auctoritatem nihil non impetraturum arbitrabantur, iureiurando obstrictum ut rediret. is et aliis in rebus se pro Carthaginiense gessit, neque uxorem ad colloquium admisit, neque urbem, quamvis vocaretur, ingressus est. sed senatu extra urbem coacto (ita enim respondere legatis hostium moris erat) in concilium introductus dixit "nos, patres conscripti, Carthaginienses ad vos miserunt (nam ego quoque iure belli servus eorum factus sum), petentes in primis ut pax iis condicionibus, quas utrinque probaveritis, fiat: sin id nolitis, ut saltem captivi permu-

ταῦτα εἰπὼν μετέστη μετὰ τῶν πρέσβεων, ὡς ἂν καθ' ἑαυτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι βουλεύσωνται. κελευόντων δὲ αὐτὸν τῶν ὑπάτων συμμετασχεῖν σφίσι τῆς διαγνώμης, οὐ πρὶν ἐπείσθη πρὸ τοῦ D ἐπιτραπῆναι παρὰ τῶν Καρχηδονίων. ὁ δὲ τέως μὲν ἐσιώπα· ἐπεὶ δ' οἱ βουλευταὶ εἰπεῖν αὐτὸν γνώμην ἐκέλευον, εἶπεν "εἰμὶ μὲν εἷς ἐξ ὑμῶν ὦ πατέρες, κἂν μυριάκις ἁλῶ· τὸ μὲν γὰρ σῶ- W II 62 μά μου Καρχηδονίων, ἡ δὲ ψυχή μου ὑμετέρα ἐστίν· ἐκεῖνο μὲν γὰρ ὑμῶν ἠλλοτρίωται, ταύτην δὲ οὐδεὶς δύναται μὴ οὐχὶ Ῥωμαίαν εἶναι ποιῆσαι· καὶ ὡς μὲν αἰχμάλωτος Καρχηδονίοις προσήκω, ἐπεὶ δ' οὐκ ἐκ κακίας ἀλλ' ἐκ προθυμίας ἐδυστύχησα, καὶ Ῥωμαῖός εἰμι καὶ φρονῶ τὰ ὑμέτερα. καὶ οὐδ' ἐξ ἑνὸς τρόπου λυσιτελεῖν ὑμῖν τὰς καταλλαγὰς νομίζω."

Ταῦτα ὁ Ῥηγοῦλος εἰπὼν καὶ τὰς αἰτίας προσέθηκε δι' ἃς τὰς συμβάσεις ἀπηγόρευε, καὶ ἐπήγαγεν ὡς "οἶδα μὲν ὅτι μοι προὔπτος ὄλεθρος πρόκειται· ἀδύνατον γὰρ λαθεῖν αὐτοὺς ἃ συνεβούλευσα· ἀλλὰ καὶ οὕτως τῆς ἐμαυτοῦ σωτηρίας τὸ κοινῇ P I 395 συμφέρον προτίθημι. εἰ δέ τις φήσει, τί οὖν οὐκ ἐκδιδράσκεις ἢ ἐνταῦθα καταμένεις; ἀκούσεται ὅτι ὀμώμοκα αὐτοῖς ἐπανήξειν, καὶ οὐκ ἂν παραβαίην τοὺς ὅρκους, οὐδ' εἰ πρὸς πολεμίους γεγόνασι, καὶ δι' ἄλλα, μάλιστα δὲ ὅτι τὸ δεινὸν ἐμπεδορκήσας

3 οὐ πρὶν — 4 Καρχηδονίων e Dionis libro undecimo, apud grammaticum περὶ συντάξεως in Imm. Bekkeri Anecd. p. 140 v. 20. 4 παρὰ τῶν καρχηδονίων ἐπιτραπῆναι AB. ἐσιώπησεν A. 8 ὑμῶν om B. δ' B. 11 τὸ ὑμέτερον C. οὐδ'] οὐκ A. 13 ταῦτα] καὶ ταῦτα B. 15 προὔπτος μοι ὄλεθρος A.

tentur." haec locutus cum legatis secessit, ut Romani soli deliberarent. cum autem a consulibus interesse deliberationi iuberetur, non paruit priusquam id Carthaginienses permisissent. ac tacitus assidens, cum sententiam rogaretur, ait "ego, patres conscripti, si vel milies captus fuero, vestrum unus sum. nam meum corpus penes Carthaginienses est, animus vero meus vobiscum. et illud quidem alienatum a vobis: hic, quo minus Romanorum sit, efficere nemo potest. et ut captivus ad Carthaginienses pertineo: cum autem nulla improbitate sed rei bene gerendae studio cladem acceperim, Romanus sum, vobisque consultum cupio. et pacificationem nullo modo e re vestra esse duco."

His dictis, suaeque sententiae rationibus adductis, subiecit, scire se haud dubium exitium sibi instare: neque enim Carthaginiensibus clam esse posse quid suaserit. sed sic quoque rei publicae commodum privata incolumitate sibi esse antiquius. quod si quis dixerit cur non aufugiat aut Romae maneat, ei se responsurum, se iureiurando reditum promisisse: id se hostibus etiam eum ob alia servaturum esse, tum quod

μὲν μόνος πείσομαι, ἂν δ' ἐπιορκήσω, πᾶσα ἡ πόλις ἀναπλησθήσεται."

Ἡ γερουσία δὲ τῆς ἐκείνου σωτηρίας ἕνεκεν καὶ τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀντιδοῦναι προτεθύμητο. γνοὺς οὖν τοῦτο αὐτός, ἵνα μὴ τὸ συμφέρον δι' αὐτὸν καταπρόωνται, ἐπλάσατο πεπωκέναι φάρμακον δηλητήριον, καὶ μέλλειν πάντως B *δι' αὐτοῦ ἀπολέσθαι. καὶ οὔτε ἡ σύμβασις γέγονεν οὔτε τῶν αἰχμαλώτων ἡ ἀμοιβή. ἀπιόντος δ' αὐτοῦ σὺν τοῖς πρέσβεσιν ἀντελάβοντο ἄλλοι τε καὶ οἱ παῖδες καὶ ἡ γυνή· οἱ δ' ὕπατοι μήτ' ἐθέλοντα καταμεῖναι αὐτὸν ἐκδώσειν ἔφασαν, μήτ' ἀπιόντα κατασχεῖν. καὶ οὕτω προτιμήσας μὴ παραβῆναι τοὺς ὅρκους ἀνεκομίσθη. καὶ αἰκισθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ὡς ἡ φήμη λέγει, ἀπέθανε. τὰ γὰρ βλέφαρα αὐτοῦ περιτεμόντες, καὶ χρόνον τινὰ ἐν σκότει καθείρξαντες, εἶτα εἰς σκεῦός τι σύμπηκτον κέντρα πανταχόθεν ἔχον ἐμβαλόντες αὐτὸν καὶ τρέψαντες πρὸς τὸν ἥλιον, οὕτως ὑπὸ κακοπαθείας καὶ ἀγρυπνίας μὴ δυνάμενόν πη κλιθῆναι* C *διὰ τὰ κέντρα, διέφθειραν. ἃ πυθόμενοι οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς πρώτους τῶν παρ' αὐτοῖς αἰχμαλώτων παρέδοσαν τοῖς ἐκείνου παισὶ καὶ ἀνταικίσασθαι καὶ ἀνταποκτεῖναι.*

Τοὺς δ' ὑπάτους ἐς τὴν Λιβύην στρατεύσασθαι ἐψηφίσαντο τόν τε Γάϊον Ἀτίλιον τὸν τοῦ Ῥηγούλου ἀδελφὸν καὶ τὸν Μάλλιον τὸν Λούκιον. οἳ ἐς τὴν Σικελίαν ἐλθόντες τῷ Λιλυβαίῳ

7 *δι'*] *ὑπ'* AB. 21 *ἀτίλιον* C, *Ἀττίλιον* PW, *τὸν ἀτίλλιον* A, *τὸν ἀτήλιον* B.

servata fide solus aerumnam passurus esset, violata, tota civitas periurii crimine obstringeretur.

Senatu autem salutis illius causa tum ad pacem faciendam tum ad permutandos captivos parato, ne a ratione utilitatis sua causa decederent, venenum sibi datum esse finxit, ex quo omnino periturus esset. ita neque pace neque captivorum permutatione facta, cum eum cum legatis abeuntem praeter alios uxor et liberi retinerent, consules neque manere volentem dedituros neque abiturum detenturos esse dicerent, iurisiurandi religione privatis affectibus anteposita discessit. et a Carthaginiensibus excruciatus, ut fama est, interiit. nam palpebris praecisis eum aliquamdiu in tenebris concluserunt, deinde in vas quoddam refertum stimulis coniectum et ad solem conversum doloribus et vigiliis, cum nusquam inclinare se posset, peremerunt. quibus Romani auditis principes captivorum eius liberis vicissim et excruciandos et necandos tradiderunt.

Consulibus C. Atilio, Reguli fratri, et L. Manlio bellum Africanum decreverunt. qui cum in Sicilia Lilybaeum oppugnarent, et fossae

προσέβαλον, καί τι μέρος τῆς τάφρου συγχῶσαι εἰς τὴν τῶν μηχανημάτων προσαγωγὴν ἐπεχείρησαν. καὶ οἱ Καρχηδόνιοι ὑπορύσσοντες τὸν χοῦν ὑφεῖλκον. ἐπεὶ δ' ἠλαττοῦντο τῇ πολυχειρίᾳ, τεῖχος ἕτερον ἔνδον μηνοειδὲς ᾠκοδόμησαν. καὶ οἱ μὲν ὑπονόμους ὑπὸ τὸν κύκλον εἰργάζοντο, ὅπως κατὰ τὸ διάκενον αὐτῶν ἱζήσαντος τοῦ τείχους εἰσπέσωσιν· οἱ Καρχηδόνιοι δὲ ἀντορύσσοντες D *πολλοὺς μὲν ἀγνοοῦντας τὸ γινόμενον ἐκδεχόμενοι ἔκτεινον, πολλοὺς δὲ καὶ πῦρ ἐν φρυγάνοις εἰς τὰ ὀρύγματα ἐμβαλόντες ἔφθειρον. ἐπεὶ δέ τινες τῶν συμμάχων, τῇ τε παρατάσει τῆς πολιορκίας ἀχθόμενοι καὶ τῷ μὴ τὸν μισθὸν αὐτοῖς ἐντελῆ καταβάλλεσθαι, προδοῦναι τὸ χωρίον τοῖς Ῥωμαίοις διεκηρυκεύοντο, ἐφώρασεν ὁ Ἀμίλκας τὸ βουλευόμενον, οὐκ ἐξέφηνε δέ, ἵνα μὴ πολεμώσῃ αὐτούς· χρήματα δὲ τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν παρασχὼν καὶ τῷ πλήθει προσυποσχόμενος ἕτερα, οὕτως αὐτοὺς ᾠκειώσατο ὥστε μηδ' ἀρνήσασθαι τὴν προδοσίαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τελευταίους πρέσβεις ἐπανιόντας ἀπώσασθαι. οἳ πρὸς τοὺς ὑπάτους αὐτομολήσαντες* P I 396 *γῆν τε ἐν Σικελίᾳ καὶ ἕτερ' ἄττα ἔλαβον.*

Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ οἴκοι Καρχηδόνιοι πέμπουσιν Ἀρδέβαν σὺν ναυσὶ πλείσταις εἰς τὸ Λιλύβαιον σῖτον ἀγούσαις W II 63 *καὶ χρήματα. καὶ ὃς χειμῶνα ἐπιτηρήσας εἰσέπλευσε. κἀκ τούτου καὶ ἄλλοι συχνοὶ καταίρειν ὁμοίως ἐτόλμων· καὶ οἱ μὲν ἐπετύγχανον, οἱ δὲ ἀπώλλυντο.*

2 *ἐπεχείρισαν* C. 3 *ἠλαττοῦτο* A. 7 *ἀγνοοῦντας* A, *ἀγνοῦντας* PW. 8 *ἐμβάλοντες* A. 13 *πολεμήσῃ* A. 17 *ἑτεράτα* B, *ἕτερά τε* C, *ἕτερα* A. 19 *Ἀρδέβαν*] consentit Diodorus exc. lib. 24 1, si eius verba sic transposueris *μετὰ τοῦ Ἀτάρβου· καὶ ἀνεθάρσησαν.* Polybius 1 44 eadem fere de Hannibale narrat. 21 *ἐτύγχανον* C. 22 *ἀπώλλυντο* C, *ἀπώλλοντο* A, *ἀπόλλυντο* PW.

partem ad machinas adducendas explere aggressi essent, Carthaginienses subterfodientes terram subtraxerunt. sed cum operarum multitudine vincerentur, alium murum intus lunatum struxerunt. Romanis autem cuniculos subter muros agentibus, ut iis in cavernas desidentibus irruerent, Carthaginienses contra fodientes multos id ignorantes exceptos trucidarunt, multos igni sarmentis iniecto in fossis cremarunt. sed cum quidam e sociis, moram obsidionis et stipendia non integra numerata aegre ferentes, de oppido prodendo cum Romanis agerent, Hamilcar eo consilio animadverso sed dissimulato, ne illi palam deficerent, pecunia magistratibus data, multitudini promissa, sic eos reconciliavit ut proditionem non infitiati postremos legatos redeuntes non reciperent. qui ad consules profugi, agro in Sicilia et aliis rebus donati sunt.

Carthaginienses qui domi erant his auditis Ardebam [Adherbalem] cum plurimis navibus frumentum et pecunias Lilybaeum advehentibus miserunt. is tempestate observata appulit. quod deinde alii plurimi imitari ausi partim successum habuerunt partim perierunt.

Ἕως μὲν οὖν ἄμφω παρῆσαν οἱ ὕπατοι, ἰσοπαλεῖς οἱ ἀγῶνες ἐγίνοντο· νόσου δὲ καὶ λιμοῦ τρυχόντων αὐτούς, καὶ τοῦ ἑτέρου οἴκαδε διὰ ταῦτα σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στρατιώταις ἀναχωρήσαντος, Ἀμίλκας θαρρήσας ἐπεξῄει καὶ τὰς μηχανὰς ἐνεπίμπρα καὶ τοὺς ἐπαμύνοντας αὐταῖς ἔφθειρε, καὶ ἡ ἵππος αὐτοῦ B *ἐκ τοῦ Δρεπάνου ὁρμωμένη τά τε ἐπιτήδεια κομίζεσθαι τοὺς Ῥωμαίους ἐκώλυε καὶ τὴν αὐτῶν συμμαχίδα κατέτρεχε, καὶ ὁ Ἀρδέβας ποτὲ μὲν τῆς Σικελίας ποτὲ δὲ τῆς Ἰταλίας τὰ παράλια ἔκειρεν· ὅθεν οἱ Ῥωμαῖοι ἐν ἀπορίᾳ κατέστησαν. τέως μέντοι Λεύκιος Ἰούνιος ἡτοίμαζε ναυτικόν, Κλαύδιος δὲ Ποῦλχρος εἰς τὸ Λιλύβαιον ἐπειχθεὶς καὶ τριήρεις πληρώσας συνέλαβε δι' αὐτῶν Ἄννωνα τὸν Καρχηδόνιον ἐκπλέοντα πεντήρει· καὶ παράδειγμα τοῖς Ῥωμαίοις τῆς κατασκευῆς τῶν νηῶν ἐγένετο.*

Πολλάκις δὲ τοῦ ναυτικοῦ κινδυνεύοντος ἐβαρύνοντο οἱ C *Ῥωμαῖοι τῇ συνεχεῖ τῶν νεῶν φθορᾷ· ἄνδρας γὰρ συχνοὺς καὶ χρήματα πλεῖστα ἐν ταύταις ἀπώλλυσαν· οὐ μέντοι γε καὶ ἐνέδοσαν, ἀλλὰ καί τινα φθεγξάμενον περὶ καταλλαγῶν πρὸς Καρχηδονίους ἐν τῇ βουλῇ διεχρήσαντο, καὶ λεχθῆναι δικτάτορα ἐψηφίσαντο. καὶ δικτάτωρ μὲν ὁ Κολλατῖνος ἐλέχθη, ἱππάρχησε δὲ ὁ Μέτελλος· οὐδὲν δὲ μνήμης ἔπραξαν ἄξιον. ἐν ᾧ δ' ὁ Κολλατῖνος δικτάτωρ ἐλέγετο, ἐν τούτῳ τὸν Ἔρυκα παριστήσατο ὁ Ἰούνιος, καὶ ὁ Καρθάλων κατέσχεν Αἰγίθαλον καὶ ἐζώγρησε τὸν Ἰούνιον.*

4 ἐπεξῆλθε B. 6 τοὺς] καὶ τοὺς B. τοῖς ῥωμαιοι A. 15 νεῶν AB, qui supra νηῶν: νηῶν PW. 19 et 21 *Κολλατῖνος*, ut supra, pro *Καλατῖνος*. 20 prius δὲ] δέ γε A. δ' ὁ A, δὲ PW.

Dum ambo consules aderant, aequo Marte pugnabatur: sed cum morbo et fame premerentur, iisque de causis alter suos milites domum reduceret, Hamilcar erumpere ausus machinas incendit, defensores earum occidit; et equitatu Drepano emisso, Romanos pabulatione et commeatu prohibendo, eorumque socios infestando, Ardeba [Adherbale] interim alias Siciliae alias Italiae oram populante, ad summam inopiam redegit. sed Lucio Iunio classem parante Claudius Pulcher Lilybaeum propere abiit; et militibus in naves impositis Hannonem Carthaginiensem in quinqueremi navigantem comprehendit: unde Romani exemplum fabricandarum navium petiverunt.

Sed cum classes saepe periclitarentur, Romani, quanquam crebro tot navium, in quibus multi viri et pecuniae erant, interitu dolebant, tamen non cesserunt, sed quendam in senatu de pace cum Carthaginiensibus facienda locutum occiderunt. et dictatorem dixerunt Collatinum [Calatinum], magistrum equitum Metellum: nihil tamen memorabile gesserunt. interea Iunius Erycem subegit, et Carthalo Aegithalo potitus Iunium cepit.

16. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει Αὐρήλιος Γάϊος καὶ Σερουΐλιος Πού-
πλιος τὴν ἀρχὴν λαβόντες τό τε Λιλύβαιον καὶ τὸ Δρέπανον ἐλύ-
πουν καὶ τοὺς Καρχηδονίους τῆς γῆς ἀπεῖργον καὶ τὴν αὐτῶν D
συμμαχίδα κατέκειρον. ὁ οὖν Καρθάλων πολυτρόπως ἐπιχειρή-
σας κατ' αὐτῶν, ὡς οὐδὲν ἤνυσεν, εἰς Ἰταλίαν ὥρμησεν, ἵν'
οὕτω τοὺς ὑπάτους μεταγάγῃ ἐκεῖ, ἢ τέως τὴν χώραν κακώσῃ καὶ
πόλεις αἱρήσῃ. ἀλλ' οὐδ' ἐνταῦθά τι αὐτῷ προσεχώρησε· τὸν
γὰρ στρατηγὸν τὸν ἀστυνόμον μαθὼν πλησιάζοντα, εἰς Σικελίαν
ἀνέπλευσεν. ἔνθα τῶν μισθοφόρων στασιασάντων διὰ τὸν μι-
σθόν, συχνοὺς μὲν ἐς νήσους ἐρήμους ἐκβιβάσας κατέλιπε, πολ-
λοὺς δὲ καὶ ἐς τὴν Καρχηδόνα ἀπέστειλεν. ὃ γνόντες οἱ λοιποὶ
ἠγανάκτησαν καὶ νεωτερίσειν ἔμελλον. ὧν Ἀμίλκας, διαδεξάμε-
νος τὸν Καρθάλωνα, πολλοὺς μὲν νυκτὸς κατέκοψε, πολλοὺς δὲ P I 397
καὶ κατεπόντωσεν. ἐν τοσούτῳ δ' οἱ Ῥωμαῖοι φιλίαν ἀΐδιον πρὸς
Ἱέρωνα διεπράξαντο, καὶ προσαφῆκαν ὅσα παρ' αὐτοῦ ἐπετείως
ἐλάμβανον.

Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει τοῦ θαλαττίου πολέμου δημοσίᾳ μὲν οἱ Ῥωμαῖοι ἀπέσχοντο διὰ τὰς ἀτυχίας καὶ διὰ τὰ ἀναλώματα, ἰδίᾳ δέ τινες νῆας αἰτήσαντες, ὥστ' ἐκείνας μὲν ἀποκαταστῆσαι, τὴν λείαν δὲ οἰκειώσασθαι, ἄλλα τε τοὺς πολεμίους ἐκάκωσαν, καὶ ἐς Ἱππῶνα Λιβυκὴν πόλιν εἰσπλεύσαντες τά τε πλοῖα πάντα καὶ πολλὰ τῶν οἰκοδομημάτων κατέπρησαν. τῶν δ' ἐπιχωρίων τὸ

6 ἢ AC, εἰ PW. 10 ἐμβιβάσας A. 15 ἐπετείως A, ἐπετίως PW.

FONTES. *Cap.* 16. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi.*

16. Sequenti anno C. Aurelius et P. Servilius magistratu inito Lilybaeum et Drepanum infestantes terra Carthaginienses prohibuerunt eorumque socias civitates afflixerunt. Carthalo cum variis rationibus contra eos tentatis nihil effecisset, in Italiam abiit, ut aut consules eo traduceret, aut interea agros vastaret et urbes caperet. sed ne ibi quidem ei quicquam successit: nam cum praetorem urbanum adventare didicisset, in Siciliam rediit. ubi cum conducticius miles ob stipendium tumultuaretur, multos in desertis insulis expositos reliquit, multos Carthaginem misit. quo caeteri cognito indignati res novas spectabant, sed Hamilcar, successor Carthaloni datus, multos eorum noctu occidit, multos in mari demersit. interea Romani perpetuam cum Hierone amicitiam sanxerunt, remissis tributis annuis.

Sequenti anno bello navali propter crebras clades et impensas Romani publice abstinuerunt; sed quidam privatim navibus postulatis quas restituerent et praedam sibi vindicarent cum alias clades hostibus intulerunt, tum Hipponem urbem Libycam ingressi navigia omnia et multas aedes cremarunt. et cum cives portus aditum catenis clausissent,

B στόμα τοῦ λιμένος διαλαβόντων ἁλύσεσιν, ἐν περιστάσει ἐγένοντο,
σοφίᾳ δὲ καὶ τύχῃ περιεγένοντο. σπουδῇ γὰρ ταῖς ἁλύσεσι προσ-
πεσόντες, ἐπεὶ προσάψασθαι αὐτῶν ἔμελλον οἱ ἔμβολοι τῶν νηῶν,
μετέστησαν ἐς τὰς πρύμνας οἱ τοῦ πληρώματος, καὶ οὕτως αἱ
πρῶραι κουφισθεῖσαι ὑπερῇραν τὰς ἁλύσεις, αὖθις δ' ἐς τὰς
πρώρας αὐτῶν μεταπηδησάντων αἱ πρύμναι τῶν σκαφῶν ἐμετεω-
ρίσθησαν. καὶ διεξέδραμον, καὶ μετὰ τοῦτο περὶ τὸ Πάνορμον
W II 64 ναυσὶ Καρχηδονίους ἐνίκησαν.

Οἱ δ' ὕπατοι, Μέτελλος μὲν Καικίλιος περὶ τὸ Λιλύβαιον
ἦν, Νουμέριος δὲ Φάβιος τῷ Δρεπάνῳ προσήδρευε καὶ ἐπεβού-
λευσε τῇ νησῖδι τῇ Πελιάδι καλουμένῃ, προκατειλημμένῃ παρὰ
C Καρχηδονίων, στρατιώτας πέμψας νυκτός, οἳ τοὺς φρουροὺς κτεί-
ναντες τὴν νῆσον εἷλον. ὃ μαθὼν Ἀμίλκας ἕωθεν τοῖς διαβεβη-
κόσιν ἐπέθετο· οἷς οὐκ ἔχων ἀμῦναι ὁ Φάβιος τῷ Δρεπάνῳ προσ-
έμιξεν, ὡς ἢ τὴν πόλιν δι' ἐρημίαν αἱρήσων ἢ τῆς νήσου τὸν
Ἀμίλκαν ἀπάξων. καὶ ἠνύσθη τὸ ἕν· φοβηθεὶς γὰρ ὁ Ἀμίλκας
ἀνεχώρησεν εἰς τὸ τεῖχος. καὶ ὁ Φάβιος τὴν Πελιάδα κατέσχε,
καὶ τὸ μεταξὺ ταύτης καὶ τῆς ἠπείρου στενὸν καὶ τεναγῶδες τυγχά-
νον συγχώσας ἠπείρωσε, καὶ ῥᾷον προσεπολέμει τοῦ τείχους ἐκεῖ
ὄντος ἀσθενεστέρου. καὶ οἱ Καρχηδόνιοι συχνὰ παρελύπουν αὐ-
D τοὺς εἰς Σικελίαν τε περιπλέοντες καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν περαιούμε-
νοι. τοὺς δ' αἰχμαλώτους ἀλλήλων ἄνδρα ἀντ' ἀνδρὸς ἠλλά-

6 ἐμετεωρίσθησαν A, μετεωρίσθησαν PW. 7 περὶ] παρὰ B. 8 ἐνίκησε A. 9 καὶ κίλλιος ABC. 20 ἀσθενεστέρου. καὶ οἱ] "videtur mutilus hic locus" Wolfius: "sic tamen omnes mss" Ducangius.

ex magno periculo arte et fortuna evaserunt. nam festinanter in catenas invecti, cum eas rostra navium iamiam attingerent, in puppes transierunt: ita prorae levatae catenas superarunt: cumque rursus in proras transsiluissent, puppes levatae sunt. sic elapsi postea ad Panormum Carthaginienses navali praelio vicerunt.

Consulum alter Caecilius Metellus ad Lilybaeum fuit, alter Numerius Fabius Drepanum obsedit et insulae Columbariae a Carthaginiensibus praeoccupatae noctu missis militibus est insidiatus. qui occiso praesidio insulam occuparunt. cum autem Hamilcare mane contra illos profecto Fabius illis opem ferre non posset, Drepanum invasit, ut aut urbem per ducis absentiam caperet aut illum ab insula abstraheret. horum alterum ei successit: Hamilcar enim territus in munitionem se recepit. Fabius Columbariam tenuit, et angustias paludesque interiectas aggeribus continenti iunxit. ita facilior facta oppugnatio, cum ibi murus esset infirmior. Carthaginienses autem eis crebra detrimenta inferebant, nunc in Siciliam nunc in Italiam traiiciendo. captivos viritim permuta-

ξαντο· τοὺς δὲ λοιπούς, ἐπεὶ μὴ ἦσαν ἰσοπληθεῖς, ἀργυρίου οἱ Καρχηδόνιοι ἐκομίσαντο.

Ἔκτοτε δὲ διάφοροι μὲν ὑπάτευσαν, οὐδὲν δὲ ἱστορίας ἔπραξαν ἄξιον· μέγιστον γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι ἐσφάλλοντο ὅτι κατ' ἐνιαυτὸν ἄλλους εἶθ' ἑτέρους ἄρχοντας ἔπεμπον, ἄρτι δὲ τὴν στρατηγίαν μανθάνοντας τῆς ἀρχῆς ἔπαυον, ὥσπερ εἰς ἄσκησιν σφᾶς ἀλλ' οὐκ εἰς χρῆσιν αἱρούμενοι.

Οἱ Γαλάται δὲ τοῖς Καρχηδονίοις συμμαχοῦντες, καὶ μισοῦντες αὐτοὺς ὅτι κακῶς μετεχειρίζοντο σφᾶς, φρουρίου τινὸς φυλακὴν ἐμπιστευθέντες, τοῖς Ῥωμαίοις αὐτὸ προήκαντο ἐπὶ χρή- P I 398 μασι. μεταστάντας δὲ ἀπὸ τῶν Καρχηδονίων Γαλάτας καὶ ἄλλους τῶν σφῶν συμμάχων τινὰς οἱ Ῥωμαῖοι ἐπὶ μισθοφορᾷ προσελάβοντο, μήπω πρότερον τρέφοντες ξενικόν. τούτοις οὖν ἐπαιρόμενοι, καὶ ὅτι οἱ τὰς ναῦς ἔχοντες ἰδιῶται τὴν Λιβύην ἐπόρθησαν, οὐκέτι ἀμελεῖν τῆς θαλάσσης ἤθελον, ἀλλὰ καὶ αὖθις ναυτικὸν συνεστήσαντο.

17. Καὶ Λουτάτιος Κατύλος ὕπατος ᾑρέθη, καὶ τούτῳ συνεξεπέμφθη Κύϊντος Οὐαλλέριος Φλάκκος ἀστυνομῶν. οἳ ἐς Σικελίαν ἐλθόντες καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν τῷ Δρεπάνῳ προσέβαλον, καί τι τοῦ τείχους κατήρειψαν· καὶ εἷλον ἂν αὐτό, εἰ μὴ τοῦ ὑπάτου τρωθέντος περὶ ἐκεῖνον οἱ στρατιῶται ἀπησχο- B λήθησαν. κἀν τούτῳ μαθόντες τοὺς πολεμίους οἴκοθεν ἥκειν

3 δὲ] μὲν A. 5 δὲ] τε A. 18 φλάκος B. 19 alterum κατὰ add A.

Fontes. *Cap.* 17. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi.*

runt: caeteros, quia tantum numerum non habebant, Carthaginienses pecunia redemerunt.

Ab eo tempore diversi consules fuerunt, sed nihil historia dignum gesserunt. nam illud maximo detrimento Romanis fuit, quod duces quotannis mutabant, eosque qui imperatoria munia adhuc discebant revocabant, quasi non rei gerendae sed exercendi causa ablegatos.

Galli Carthaginiensibus sociis infensi, quod ab eis male acciperentur, praesidium quoddam suae fidei commissum Romanis pecunia prodiderunt; ab eisque una cum aliis qui a societate Carthaginiensium defecerant stipendio conducti sunt, cum prius peregrinum alere militem Romani non consuevissent. his freti et classe privatorum hominum Africam infestantium mare diutius negligere nolentes denuo naves compararunt.

17. Lutatio Catulo consuli designato collega adiunctus est Q. Valerius Flaccus praetor. qui in Siciliam profecti et terra marique Drepanum aggressi partem muri deiecerunt: oppidumque cepissent, nisi consule vulnerato milites circa illum occupati fuissent. interea cognito ho-

21. Κρατεῖ οὖν ὁ Γάλλος, ὃν τινὲς μὲν τῶν συγγραφέων
καὶ Βολουσιανὸν κεκλῆσθαί φασιν ὡς διώνυμον, ἄλλοι δὲ τὸν
Βολουσιανὸν υἱὸν αὐτοῦ εἶναι γεγράφασι καὶ συνάρχειν αὐτῷ. P I 628
κρατήσας τοίνυν τῆς τῶν Ῥωμαίων ὁ Γάλλος ἀρχῆς, σπένδεται
τοῖς βαρβάροις ἐπὶ συνθήκαις τοῦ λαμβάνειν ἐκείνους παρὰ Ῥω-
μαίων δασμὸν ἐνιαύσιον καὶ μὴ τὰ Ῥωμαίων ληΐζεσθαι. καὶ σπει-
σάμενος οὕτως ἐπανῆλθεν εἰς Ῥώμην, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν
Βολουσιανὸν ἀνηγόρευσε Καίσαρα. βαρὺς δὲ καὶ οὗτος γέγονε
τοῖς χριστιανοῖς, καὶ οὐχ ἧττον Δεκίου, διωγμὸν κατ' αὐτῶν
ἐγείρας καὶ πολλοὺς ἀνελών. ἤρξατο δ' αὖθις ἐπὶ τούτου ἡ

21 οὗτος A. 23 ἧττον AB, ἥττων C, ἥττονα PW.

Fontes. *Cap.* 21. *Fortasse Dio continuatus.*

Decius vero sic erga Christi cultores affectus, nondum integro biennio in imperio exacto turpissime periit. nam cum barbarorum Bosporum populantium multos occidisset, hique in angustias redacti se omnem praedam reddituros promitterent si discedere sinerentur, Decius negavit, et Gallum senatorem transitu eos prohibere iussit. at Gallus Decio insidians monuit barbaros ut iuxta profundam paludem aciem instruerent: quo illi facto cum terga dedissent, Decius eos persequens cum filio et magna multitudine Romanorum in paludem incidit, ubi omnes perierunt, ut nec corpora eorum invenirentur, coeno obruta.

21. Gallus rerum potitus (quem scriptores quidam etiam Volusianum vocant ut binominem, aliis asserentibus filium eundemque collegam eius Volusianum appellatum esse) pactus cum barbaris ut annuo tributo accepto Romanis provinciis abstinerent, Romam abiit, ac filium Volusianum Caesarem declaravit. fuit et hic Christianis gravis, non minus quam Decius, persecutione inchoata multisque interfectis. sub

κίνησις τῶν Περσῶν, καὶ κατεσχέθη παρ' αὐτῶν ἡ Ἀρμενία, τοῦ ταύτης βασιλέως Τηριδάτου φυγόντος, τῶν δὲ παίδων ἐκείνου προσρυέντων τοῖς Πέρσαις. καὶ Σκύθαι δὲ εἰς τὴν Ἰταλίαν εἰσέβαλον, πλῆθος ὄντες σχεδὸν ὑπερβαῖνον καὶ ἀριθμόν, καὶ Μα-
B κεδονίαν καὶ Θεσσαλίαν καὶ Ἑλλάδα κατέδραμον. λέγεται δὲ τούτων μοῖράν τινα διὰ Βοσπόρου παρελθοῦσαν καὶ τὴν Μαιώτιδα λίμνην ὑπερβᾶσαν ἐπὶ τὸν Εὔξεινον γενέσθαι πόντον καὶ χώρας πορθῆσαι πολλάς. καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τῶν ἐθνῶν τότε κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπικρατείας ὡρμήκεσαν. ἀλλὰ καὶ λοιμὸς τότε ταῖς χώραις ἐνέσκηψεν, ἐξ Αἰθιοπίας ἀρξάμενος καὶ πᾶσαν σχεδὸν ἐπινεμηθεὶς χώραν ἑῴαν τε καὶ ἑσπέριον, καὶ πολλὰς τῶν πόλεων τῶν οἰκητόρων ἐκένωσεν, ἐπὶ πεντεκαίδεκα διαρκέσας ἐνιαυτούς. οἵ γε μὴν Σκύθαι τεταγμένα παρὰ Ῥωμαίων κατὰ συνθήκας λαμβάνοντες ἐπετείως, ἥκασι ταῦτα ληψόμενοι, καὶ ἥττονα λέγοντες εἶναι τῶν ὑπεσχημένων τὰ σφίσι διδόμενα,
C ἀπῄεσαν ἀπειλούμενοι. Αἰμιλιανὸς δέ τις Λίβυς ἀνήρ, ἄρχων τοῦ ἐν Μυσίᾳ στρατεύματος, τοῖς στρατιώταις δώσειν πάντα τὰ τοῖς Σκύθαις διδόμενα ἐπηγγείλατο, εἰ τοῖς βαρβάροις συνάψειαν πόλεμον. οἱ δὲ ἀπροόπτως ἐπελθόντες τοῖς Σκύθαις, ἄτερ ὀλίγων ἀπέκτειναν ἅπαντας, καὶ λάφυρα ἐξ ἐκείνων πλεῖστα συνήγαγον, τὴν χώραν καταδραμόντες αὐτῶν. ἐντεῦθεν ὁ Αἰμιλιανὸς ὑπερφρονήσας τῷ κατορθώματι, μέτεισι τοὺς ὑπ' αὐτὸν στρατιώτας· καὶ Ῥωμαίων αὐτὸν ἀναγορεύουσιν αὐτοκράτορα. ὃς

2 τηριδάτου AC, Τυριδάτου PW. 8 δὲ om A. 10 τότε] τηνικαῦτα A.

hoc motus Persarum recruduit, qui Armeniam occuparunt, Teridate rege fuga elapso, cuius filii se ad hostes contulerant. Scytharum quoque multitudo paene innumerabilis in Italiam impressionem fecit; iidemque Macedoniam, Thessaliam et Graeciam incursarunt. eorum quoque pars Maeotide palude superata per Bosporum in Pontum Euxinum irrupisse fertur ac multas vastasse provincias. sunt et aliae plures gentes contra diciones Romanorum concitatae. pestis quoque tum provincias invasit: quae ab Aethiopia orta, totumque paene orientem et occidentem pervagata, multas urbes civibus desolavit, duravitque per annos quindecim. Scythae vero annuo tributo ex pacto a Romanis petito, pauciora sibi quam promissa essent dari questi, minitabundi abierunt. caeterum Aemilianus homo Afer, Moesiis legionibus praefectus, militibus ea omnia promisit quae Scythis penderentur, si cum illis pugnarent. qui barbaros ex improviso aggressi, paucis exceptis omnes occiderunt; et opimis spoliis partis regionem eorum incursarunt. eo successu elatus Aemilianus a suis legionibus impetravit ut imperator salutaretur; coactisque in

αὐτίκα τὰς δυνάμεις ἀγείρας ἔσπευδε τὴν Ἰταλίαν καταλαβεῖν. ὡς γοῦν εἰς γνῶσιν ἦλθον ταῦτα τῷ Γάλλῳ, κἀκεῖνος ἑτέρωθεν παρασκευασάμενος τῷ Αἰμιλιανῷ ἀντιπαρετάξατο. καὶ συρραγέντων ἀλλήλοις τῶν στρατευμάτων ἥττηντο οἱ τοῦ Γάλλου, ἡττώμενοι δὲ ἐπέθεντο τῷ σφῶν αὐτοκράτορι· καὶ ἀνελόντες κἀκεῖνον D
καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ, βασιλεύσαντας ἔτη δύο καὶ μῆνας ὀκτώ, προστίθενται τῷ Αἰμιλιανῷ, καὶ αὐτοὶ τὴν βασιλείαν αὐτῷ ψηφισάμενοι.

22. Ἀναρρηθεὶς δὲ οὕτως αὐτοκράτωρ ὁ Αἰμιλιανὸς ἐπ- W II 233
έστειλε τῇ συγκλήτῳ, ἐπαγγελλόμενος ὡς καὶ τὴν Θρᾴκην ἀπαλλάξει βαρβάρων καὶ κατὰ Περσῶν ἐκστρατεύσεται καὶ πάντα πράξει καὶ ἀγωνίσεται ὡς στρατηγὸς αὐτῶν, τὴν βασιλείαν τῇ γερουσίᾳ καταλιπών. ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἔφθη πεποιηκώς, Οὐαλεριανοῦ ἐπαναστάντος αὐτῷ· ὃς τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἄρχων δυνάμεων, τὰ κατὰ τὸν Αἰμιλιανὸν μαθών, καὶ αὐτὸς τυραννεῖ. καὶ τὰς ὑπ' αὐτὸν δυνάμεις συναγαγὼν πρὸς τὴν Ῥώμην ἠπείγετο. P I 629
οἱ γοῦν τῷ Αἰμιλιανῷ συστρατευόμενοι, οὐκ ἀξιομάχους ἑαυτοὺς ἐγνωκότες πρὸς τὴν τοῦ Οὐαλεριανοῦ στρατιάν, μηδὲ φθείρειν καὶ φθείρεσθαι Ῥωμαίους ὑπ' ἀλλήλων ὅσιον κρίναντες καὶ πολέμους συγκροτεῖσθαι ὁμογενῶν, καὶ ἄλλως δὲ τὸν μὲν Αἰμιλιανὸν ἀνάξιον λογιζόμενοι βασιλείας ὡς ἄδοξόν τε καὶ χαμερπῆ, τὸν

2 ὡς δ' οὖν A. ἑτέρωθι A. 8 ἐπιψηφισάμενοι AC. 9 Ἀναρρηθεὶς — 13 καταλιπών] cf. Dionis continuati exc. Vatic. 118 p. 234. 16 ὑπ' αὐτὸν] ἐπ' αὐτῶν A.

Fontes. *Cap. 22. Dio continuatus, ut videtur: cf. Exc. Vatic. 118 p. 234. Eusebii Hist. eccles. lib. 6 c. 39 et lib. 7 c. 2—6.*

unum copiis ad Italiam occupandam properavit. quo Gallus cognito et ipse contra se paravit; commissoque praelio victus a suis militibus una cum filio occisus est, cum biennium et menses octo imperasset. eius vero milites et ipsi Aemiliano coniuncti imperium confirmarunt.

22. Appellatus imperator Aemilianus senatui per litteras promisit se barbaros etiam Thracia pulsurum et Persis bellum illaturum, omniaque facturum et dimicaturum ut ducem eorum, imperio ipsis relicto. sed priusquam horum aliquid faceret, Valerianus transalpinarum legionum dux, rebus Aemiliani cognitis, et ipse regnum affectavit, conductisque in unum suis copiis Romam properavit. quare ii qui sub Aemiliano stipendia merebant, quia se Valeriano impares esse norant, et Romanos mutuis perire caedibus ac intestina bella conflari nefas putabant, et quod Aemilianum ut inglorium et humilem regno indignum iudicabant,

Οὐαλεριανὸν δὲ οἰκειότερον ἡγούμενοι τῇ ἀρχῇ. οἷα δῆτα καὶ τῶν πραγμάτων ἐπιληψόμενον ἀρχικώτερον, κτείνουσι τὸν Αἰμιλιανὸν οὔπω τέσσαρας μῆνας ἡγεμονεύσαντα, ἄγοντα δὲ τῆς ἡλικίας ἐνιαυτὸν τεσσαρακοστόν· καὶ προσίασιν Οὐαλεριανῷ καὶ ἀμάχως αὐτῷ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐγχειρίζουσι.

B Φλαβιανοῦ δὲ ἐπὶ Δεκίου, ὡς εἴρηται, μαρτυρήσαντος, Κορνήλιος τὴν τῆς Ῥώμης ποιμαντικὴν διεδέξατο, καὶ ἐπὶ τρισὶν ἐμπρέψας ταύτῃ ἐνιαυτοῖς τὴν ζωὴν ἐξεμέτρησε. καὶ Λούκιος ἐπὶ τὸν τῆς ἀρχιερωσύνης ἀνήχθη θρόνον, ὃς οὐδ' ὄγδοον ἐκπλήσας ἐνιαυτὸν ἐν τῇ τῆς Ῥώμης ἐπισκοπῇ τελευτᾷ. καὶ Στέφανος τὸ τῆς ποιμαντικῆς λειτούργημα διεδέξατο· οὗπερ τυγχάνει διάταγμα, τοὺς ἐξ αἱρέσεων ἐπιστρέφοντας χριστιανοὺς μὴ βαπτίζειν, ἀλλὰ τῇ διὰ χειρῶν ἐπιθέσεως εὐχῇ καθαίρειν αὐτούς. οὗ καὶ ἐπιστολὴ περὶ τούτου πρὸς Κυπριανὸν τὸν ἱερομάρτυρα ἀναγράφεται. Στεφάνου δὲ κοιμηθέντος μετὰ δύο ἐνιαυτοὺς, Ξύστος εἰς τὸν ἀρχιερατικὸν τῆς Ῥώμης θρόνον ἐκάθισε. τότε C καὶ ἡ κατὰ Σαβέλλιον κεκίνητο αἵρεσις ἐν Πτολεμαΐδι τῆς Πενταπόλεως.

Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τοὺς τῆς Ῥώμης ἀρχιερεῖς ἔσχον οὕτως· (23) Οὐαλεριανὸς δὲ σὺν Γαλιήνῳ τῷ υἱῷ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας δραξάμενος, καὶ οὗτος σφοδρότατον ἐκίνησε κατὰ χριστια-

5 Ῥωμαίων om. A. 6 Φαβιανοῦ Eusebius. 11 ποιμαντικῆς] ἐπισκοπῆς A. 20 γαληίνῳ ABC, et in sequentibus γαληίνος, γαληίνου.

FONTES. *Cap.* 23. *Fortasse Dio continuatus. Eusebii Historiae ecclesiasticae lib.* 7 *c.* 10—14.

Valerianum vero ad principatum aptiorem, ut qui maiori cum auctoritate res administraturus esset, Aemiliano nondum quattuor menses imperio potito, annos vero quadraginta nato, interfecto, ad Valerianum transeunt, eique citra dimicationem Romanorum imperium tradunt.

Flaviano sub Decio martyrii corona ornato Cornelius Romanus pastor factus, munere suo per triennium praeclare obito decessit. Lucio in pontificatus solium evecto et ante expletum in eo octavum annum mortuo Stephanus est surrogatus. huius sanctio est ne Christiani ab haereticis ad ecclesiam revertentes rebaptissentur, sed precatione per manuum impositionem lustrentur: eaque de re epistola eius ad Cyprianum martyrem exstat. cum Stephanus post duos annos obdormisset, Xystus in pontificio Romae solio consedit. tum etiam Sabelliana haeresis Ptolemaide Pentapoleos urbe mota est.

Atque haec de Romanis pontificibus: (23) Valerianus autem cum Gallieno filio rerum potitus et ipse Christianos vehementissime persecu-

νῶν διωγμόν· καὶ πολλοὶ κατὰ διαφόρους χώρας μάρτυρες γεγόνασιν, ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως πολυειδῶς ἐναθλήσαντες. ἐθνῶν οὖν καὶ ἐπὶ τούτου γενομένης ἐπαναστάσεως, κακῶς εἶχον Ῥωμαίοις τὰ πράγματα. οἵ τε γὰρ Σκύθαι τὸν Ἴστρον διαβάντες καὶ αὖθις τὴν Θρᾳκῴαν χώραν ἠνδραποδίσαντο, καὶ πόλιν περιφανῆ τὴν Θεσσαλονίκην ἐπολιόρκησαν μέν, οὐ μέντοι καὶ εἷλον. εἰς δέος δὲ τοσοῦτον ἅπαντας περιέστησαν, ὡς Ἀθηναίους μὲν W II 234 ἀνοικοδομῆσαι τὸ τεῖχος τῆς ἑαυτῶν πόλεως, καθῃρημένον ἐκ D τῶν τοῦ Σύλλα χρόνων, Πελοποννησίους δὲ διατειχίσαι τὸν Ἰσθμὸν ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν. ἀλλὰ μὴν καὶ Πέρσαι, Σαπώρου σφῶν βασιλεύοντος, τὴν Συρίαν κατέδραμον καὶ τὴν Καππαδοκίαν ἐδῄωσαν καὶ τὴν Ἔδεσαν ἐπολιόρκουν. Οὐαλεριανὸς δὲ ὤκνει προσμῖξαι τοῖς πολεμίοις. μαθὼν δὲ ὡς οἱ ἐν Ἐδέσῃ στρατιῶται ἐξιόντες τῆς πόλεως καὶ συμπλεκόμενοι τοῖς βαρβάροις πολλοὺς ἀναιροῦσι καὶ πλεῖστα σκῦλα λαμβάνουσιν, ἀνεθάρσησε, καὶ ἀπελθὼν μετὰ τῆς συνούσης αὐτῷ στρατιᾶς συνεπλάκη τοῖς Πέρσαις. οἱ δὲ πολυπλασίους ὄντες τοὺς Ῥωμαίους ἐκύκλωσαν, P I 630 καὶ οἱ πλείους μὲν ἔπεσον, ἔνιοι δὲ καὶ διέφυγον, Οὐαλεριανὸς δὲ σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν συνελήφθη τοῖς πολεμίοις καὶ πρὸς τὸν Σαπώρην ἀπήχθη. ὁ δὲ τοῦ βασιλέως κρατήσας πάντων ἤδη κρατεῖν ᾤετο· καὶ ὠμὸς ὢν πρίν, πολλῷ χείρων εἰσέπειτα γέγονεν.

Οἱ μὲν οὖν οὕτως αἰχμάλωτον ἑαλωκέναι τὸν Οὐαλεριανὸν

1 γεγόνασι μάρτυρες A. 5 τὴν ἀνθρακώαν C. 6 μέντοι] μὴν AB. 11 καὶ τὴν Κ. ἐδῄωσαν om B. 12 οὐαλλέριος B. 17 ἐκύκλωσαν om C.

tus est; ac multi diversis in locis martyres facti sunt, variis pro Christi fide certaminibus defuncti. sub hoc quoque propter exterarum gentium motus male se res Romana habuit. nam Scythae Istrum transgressi, Thraciam denuo populati, urbem illustrem Thessalonicam obsederunt illi quidem sed non expugnarunt; ac terrorem tantum intulerunt omnibus, ut Athenienses sua moenia iam inde a Syllae temporibus prostrata instaurarent, Peloponnenses vero Isthmum a mari ad mare ducto muro intercluderent. Persae quoque Sapore rege Syriam incursarunt et Edessam obsederunt: quos Valerianus prius aggredi non ausus, cum Edessenos milites eruptionibus faciendis multos barbaros caedere et plurimis potiri spoliis didicisset, recepto animo adortus est. qui, ut longe plures, Romanos circumdederunt; quibus maxima ex parte occisis, nonnullis etiam elapsis, Valerianus cum suis satellitibus ab hostibus captus atque ad Saporem abductus est. is vero cum imperatorem teneret, omnia se iam vicisse ratus, homo per se crudelis, multo deterior evasit.

Nonnulli ad hunc modum a Persis Valerianum esse captum tra-

τοῖς Πέρσαις ἱστόρησαν· εἰσὶ δ᾽ οἵ ἑκόντα φασὶ τὸν Οὐαλεριανὸν προσχωρῆσαι τοῖς Πέρσαις, ὅτι ἐν Ἐδέσῃ διάγοντος αὐτοῦ λιμὸς ἐπῆκτο τοῖς στρατιώταις, κἀντεῦθεν εἰς στάσιν κεκίνηντο καὶ ἀνελεῖν ἐζήτουν τὸν αὐτοκράτορα. ὁ δὲ τὴν τῶν στρατιωτῶν δεδοικὼς ἐπανάστασιν πρὸς τὸν Σαπώρην κατέφυγεν, ἵνα μὴ ὑπὸ B τῶν οἰκείων ἀπόληται, τῷ πολεμίῳ προδεδωκὼς ἑαυτόν, ἀλλὰ μέντοι, ὅσον τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ, καὶ τὰ Ῥωμαίων στρατεύματα. οὐ μὴν οἱ στρατιῶται ἀπώλοντο, ἀλλὰ γνόντες τὴν προδοσίαν διέφυγον, ὀλίγων ἀναιρεθέντων. εἴτε δὲ δορυάλωτος ἐλήφθη τοῖς Πέρσαις ὁ βασιλεύς, εἴθ᾽ ἑκὼν ἑαυτὸν αὐτοῖς ἐνεχείρισεν, ἀτίμως ἤγετο παρὰ τοῦ Σαπώρου.

Οἱ Πέρσαι δὲ κατὰ πᾶσαν ἄδειαν ταῖς πόλεσιν ἐπιόντες, τήν τε πρὸς τῷ Ὀρόντῃ αἱροῦσιν Ἀντιόχειαν καὶ τὴν περιφανεστέραν τῶν τῆς Κιλικίας πόλεων τὴν Ταρσὸν καὶ τὴν ἐν Καππαδοκίᾳ Καισάρειαν. καὶ πλῆθος αἰχμαλώτων συναγαγόντες, οὐδὲ τροφῆς αὐτοῖς μετεδίδουν εἰ μὴ βραχίστης ὥστ᾽ ἀποζῆν, οὔτε μὴν ὕδατος μετέχειν εἰς κόρον εἴων αὐτούς, ἀλλ᾽ ἅπαξ τῆς ἡμέρας οἱ τούτων φρουροὶ ἔλαυνον αὐτοὺς ἐφ᾽ ὕδωρ ὥσπερ βοσκή- C ματα. τὴν Καισάρειαν δὲ πολυάνθρωπον οὖσαν (περὶ τεσσαράκοντα γὰρ μυριάδας ἀνθρώπων ἐν αὐτῇ λέγεται κατοικεῖν) οὐ πρότερον εἷλον, γενναίως τῶν ἐν αὐτῇ τοῖς πολεμίοις ἀντικαθισταμένων, καὶ στρατηγουμένων ὑπό τινος Δημοσθένους, ἀνδρὸς καὶ ἀνδρείου καὶ συνετοῦ, πρινή τις δορυάλωτος κατασχεθεὶς

1 τοὺς πέρσας ἱστόρησαν A. εἰσὶ δ᾽ οἳ] ex. gr. Georgius Syncellus I p. 715 ed. Bonn. 5 τὸν om A. 23 καὶ ante ἀνδρείου om B.

dunt. sunt et qui eum ultro deditionem fecisse narrent, quod, cum Edessae ageret, milites fame laborantes seditione mota de interficiendo ipso cogitarint: eum vero, ne a suis occideretur, ad Saporem profugum hosti et se et, quantum ad ipsum attineret, legiones etiam tradidisse. milites tamen non perierunt, sed proditione cognita, paucis occisis effugerunt. enimvero imperator, sive in acie captus sive ultro profugus, ignominiose a Sapore tractabatur.

Persae vero sine ullo metu urbes adorti Antiochiam ad Orontem et clarissimam Ciliciae civitatem Tarsum et Cappadociae Caesaream ceperunt, nec captivorum multitudini cibi plus dederunt quam quantum ad tuendam vitam satis esset. immo nec aquam affatim bibere siti sunt, sed a custodibus in die semel instar pecudum aquatum acti. Caesaream vero Cappadociae frequentissimam urbem (nam ad quadringenta hominum milia eam incoluisse traduntur) non prius hostes ceperunt, obsessis strenue se defendentibus, Demosthene viro forti et cordate duce, quam

ἰατρός, καὶ τὰς ἐπαγομένας αὐτῷ μὴ φέρων αἰκίας, ὑπέδειξέ τινα τόπον, ὅθεν νυκτὸς εἰσῆλθον οἱ Πέρσαι καὶ πάντας ἀνεῖλον. ὁ δέ γε τούτων στρατηγὸς Δημοσθένης ὑπὸ πολλῶν κυκλωθεὶς Περσῶν κελευσθέντων ζωὸν αὐτὸν συλλαβεῖν, τὸν ἵππον ἀναβὰς καὶ γυμνὸν τὸ ξίφος ἠρκώς, εἰσώθησεν ἑαυτὸν μέσον τῶν πολεμίων· καὶ πλείστους D καταβαλὼν διεξέπεσε τῆς πόλεως καὶ διαφυγεῖν ἴσχυσεν.

Οὕτω δὲ τῶν πραγμάτων τοῖς Πέρσαις συνενεχθέντων, κατὰ πᾶσαν τὴν ὑποκειμένην Ῥωμαίοις ἑῴαν διεσκεδάσθησαν χώραν καὶ ἐπόρθουν αὐτὴν ἀδεῶς. οἱ μέντοι Ῥωμαῖοι φυγόντες, ὡς εἴρηται, στρατηγὸν ἑαυτοῖς ἐπέστησαν Κάλλιστόν τινα· ὃς σκεδαννυμένους τοὺς Πέρσας ὁρῶν καὶ ἀπερισκέπτως ἐπιόντας W II 235 ταῖς χώραις τῷ μή τινα οἴεσθαι αὐτοῖς ἀντιτάξασθαι, ἐπιτίθεται ἀθρόον αὐτοῖς, καὶ φόνον τῶν βαρβάρων πλεῖστον εἰργάσατο, καὶ παλλακὰς εἷλε Σαπώρου σὺν πλούτῳ πολλῷ. οἷς ἐκεῖνος περιαλγήσας οἴκαδε σπουδαίως ὑπέστρεψε, καὶ τὸν Οὐαλεριανὸν P I 631 ἐπαγόμενος· ὃς καὶ ἐν Περσίδι κατέστρεψε τὴν ζωήν, ὡς αἰχμάλωτος ὀνειδιζόμενός τε καὶ ἐμπαιζόμενος.

Οὐ μόνος δ' ὁ Κάλλιστος ἠρίστευσε τότε κατὰ Περσῶν, ἀλλά καί τις Παλμυρηνὸς ἀνὴρ κεκλημένος Ὠδέναθος συμμαχῶν Ῥωμαίοις πολλοὺς διέφθειρε τῶν Περσῶν, ἀναστρέφουσιν αὐτοῖς κατὰ τὴν Εὐφρατησίαν ἐπιθέμενος χώραν· ὃν Γαλιῆνος τοῦ στρατηγήματος ἀμειβόμενος, τῆς ἑῴας προεχειρίσατο στρατηγόν.

6 τῆς πόλεως διεξέπεσε A. 15 ἀνέστρεψε AB.

captivus quidam medicus, excarnificationum hostilium impatiens, locum eis quendam demonstravit, per quem Persae noctu ingressi omnes interfecerunt. civium vero dux Demosthenes, a multis Persis circumdatus qui eum viventem capere iussi erant, conscenso equo et stricto ense sublato in medios hostes se immisit, et plurimis prostratis urbe elapsus effugit.

Hoc rerum statu Persae omnes Romanas in oriente provincias pervagati sine ullo metu vastarunt. at Romani fuga, ut dictum est, elapsi, Callistum quendam ducem crearunt; qui cum Persas palantes ac omnis hostilis metus expertes temere provincias incursare videret, aggressione repentina maximam barbarorum caedem edidit, et Saporis concubinas cum magnis opibus cepit. qua clade ille dolens festinanter domum abiit, abducto etiam Valeriano secum: qui in Persia vitam inter captivitatis opprobria et ludibria exegit.

Neque vero Callistus duntaxat rem contra Persas tum bene gessit, sed et Odenathus Palmyrenus Romanorum socius multos occidit, redeuntes iuxta Euphratem adortus, eaque de causa a Gallieno imperatore grati animi ergo dux orientis est creatus.

Ἐν μέντοι τοῖς πεσοῦσιν ἐκ τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος σκυλευομένοις λέγονται καὶ γυναῖκες εὑρεθῆναι κατ᾽ ἄνδρας ἐσταλμέναι καὶ ὡπλισμέναι, ἀλλὰ καὶ ζῶσαι τοιαῦται κατασχεθῆναι
B ὑπὸ Ῥωμαίων. ἐν δὲ τῇ ἐπανόδῳ φάραγγι βαθείᾳ περιτυχὼν ὁ Σαπώρης, ἣν διελθεῖν τοῖς ὑποζυγίοις ἄπορον ἦν, αἰχμαλώτους ἐκέλευσεν ἀναιρεθῆναι καὶ ῥιφῆναι κατὰ τῆς φάραγγος, ἵν᾽ οὕτως τοῦ βάθους αὐτῆς πληρωθέντος διὰ τῶν νεκρῶν σωμάτων τὰ σφῶν διέλθωσιν ὑποζύγια· καὶ οὕτω διελθεῖν ἱστορεῖται τὴν φάραγγα.

Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν Οὐαλεριανὸν ἐν τούτοις· τῆς δὲ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας καθηγεῖτο Ξύστος, τῆς δὲ τῶν Ἀντιοχέων Δημητριανὸς διαδεξάμενος Φλαβιανόν, τῆς δὲ τῶν Ἱεροσολύμων Ὑμέναιος Μαζαβάνου θανόντος, τῆς δ᾽ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ προΐστατο Διονύσιος.

C 24. Μετὰ δὲ τὸν Οὐαλεριανὸν Γαλιῆνος ὁ ἐκείνου υἱὸς τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας γέγονεν ἐγκρατής, ὃν ὁ πατὴρ κατὰ Περσῶν στρατευόμενος εἰς τὰ ἑσπέρια εἴασε τοῖς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἐφεδρεύουσι καὶ τοῖς τὴν Θρᾴκην ληϊζομένοις ἀντικαθίστασθαι. ὃς Ἀλαμαννοῖς περὶ τριάκοντα μυριάδας οὖσι περὶ τὰ Μεδιόλανα συμβαλὼν μετὰ μυρίων ἐνίκησεν· εἶτα καὶ Αἰρούλοις, Σκυθικῷ γένει καὶ Γοτθικῷ, ἐπεξελθὼν ἐκράτησεν. ἐπολέμησε δὲ καὶ Φράγγοις.

12 Φλαβιανόν] Φάβιον Eusebius. 16 τῶν om A. 19 ἀλεμανοῖς B. 20 αἰροούλοις AC et codices Ducangii, Αἰρούλοις PW. 21 ἐπεκράτησεν AB.

Fontes. *Cap.* 24. *Dio continuatus, ut videtur: Exc. Vatic.* 118 *p.* 235, *et* 122 *p.* 239 *extr.*

Inter spoliandum cadavera Persarum dicuntur etiam mulieres habitu et armis virorum ornatae repertae, et tales aliquot vivae a Romanis captae esse. Sapores vero cum in reditu in profundam vallem incidisset, per quam iumentis transitus non patebat, captivos interfici et in vallem abiici iussisse, itaque complanata valle per cadavera iumenta traduxisse fertur.

Ac cum Valeriano sic actum est: Romanam autem ecclesiam gubernavit Xystus, Antiochenam Demetrianus Flaviani successor, Hierosolymitanam Mazabano mortuo Hymenaeus, Alexandrinam Dionysius.

24. Post Valerianum Gallienus illius filius imperii Romani potitus est, a patre contra Persas abeunte in occidente relictus, ut iis qui Italiae male cogitarent et Thraciam vastarent resisteret. qui cum non amplius decem milia haberet, trecenta milia Alemannorum iuxta Mediolanum vicit: deinde Herulos etiam, gentem Scythicam et Gotthicam, profligavit. gessit et cum Francis bellum.

Αὐρίολος δὲ ἐκ χώρας ὢν Γετικῆς τῆς ὕστερον Δακίας ἐπικληθείσης, καὶ γένους ἀσήμου (ποιμὴν γὰρ ἐτύγχανε πρότερον), τῆς τύχης δὲ αὐτὸν εἰς μέγα βουληθείσης ἐπᾶραι, ἐστρατεύσατο, καὶ περιδέξιος γεγονώς, τῶν βασιλικῶν ἵππων φροντιστὴς προκεχείριστο. καὶ περὶ τούτους εὐδοκιμῶν, κεχαρισμένος ἔδοξε τῷ D κρατοῦντι. τῶν δὲ ἐν τῇ Μυσίᾳ στρατιωτῶν στασιασάντων καὶ Ἰγγενοῦον αὐτοκράτορα ἀνειπόντων, καὶ τοῦ Γαλιήνου αὐτῷ ἀντιταξαμένου περὶ τὸ Σίρμιον μετὰ τῶν ἄλλων καὶ Μαυρουσίους ἐπαγομένου, οἳ ἀπὸ Μήδων κατάγεσθαι λέγονται, ὁ Αὐρίολος ἱππαρχῶν γενναίως μετὰ τῶν ἱππέων ἀγωνισάμενος πολλοὺς τῶν τὰ Ἰγγενούου φρονούντων διώλεσε καὶ τοὺς λοιποὺς ἐτρέψατο εἰς φυγήν, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν Ἰγγενοῦον φεύγειν ἀπεγνωκότα καὶ ἐν W II 236 τῷ φεύγειν ἀναιρεθῆναι παρὰ τῶν δορυφόρων αὐτοῦ.

Αὖθις οὖν Ποστοῦμος τῷ Γαλιήνῳ ἐπανίσταται. παῖδα γὰρ ἔχων ὁ αὐτοκράτωρ οὗτος ὁμώνυμον, δεξιόν τε καὶ εὐπρόσωπον, P I 632 ὃν καὶ τῆς βασιλείας εἶχε διάδοχον, ἐν Ἀγριππίνῃ τῇ πόλει κατέλιπε, τοῖς Γάλλοις ὑπὸ Σκυθῶν πορθουμένοις ἐπικουρήσοντα. ᾧ καί τινα Ἀλβανὸν κεκλημένον ἐπέστησε διὰ τὴν νεότητα αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ. Ποστοῦμος δὲ εἰς φυλακὴν τοῦ Ῥήνου ποταμοῦ ἐαθείς, ὥστε κωλύειν τοῖς πέραν οἰκοῦσι βαρβάροις τὴν εἰς τὴν Ῥωμαΐδα χώραν διάβασιν, λαθοῦσί τισι καὶ διαβᾶσι τὸν ποταμὸν καὶ λείαν ἐπαγομένοις πολλὴν ἐν τῷ ἐπανιέναι ἐπέθετο, καὶ πολλοὺς μὲν

2 post γένους A add ἐκφύς. γὰρ om BC. 17 ἐπικουρήσοντα AC, ἐπικουρήσαντα PW. 18 Ἀλβανὸν] Σιλβανὸν Zosimus I 38. αὐτοῦ om AC.

Aureolus vero ex provincia Getica (sic enim Dacia quondam vocabatur) obscuro genere ortus (pastor enim fuit) cum a fortuna evehendus esset, militavit, atque industria consecutus est ut equi imperatorii suae fidei mandarentur. quos quia praeclare tractabat, carus habebatur imperatori. deinde cum Moesiae legiones Ingenuum per seditionem imperatorem dixissent, et Gallienus praeter caeteros etiam Mauros (hos a Medis propagatos esse aiunt) contra eum ad Sirmium adduxisset, Aureolus magister equitum strenue dimicando, multis hostibus caesis, reliquos ipsumque Ingenuum rebus desperatis in fugam coniecit; in qua a suis satellitibus est occisus.

Hoc domito Postumus contra imperatorem insurgit tali de causa. Gallienus filium Gallienum, adolescentem sollertem et formosum, quem imperii successorem destinabat, in urbe Agrippina reliquerat, ut Gallis, quos Scythae premebant, opem ferret, Albano cuidam propter aetatem commissum. Postumus vero ad custodiam Rheni fluminis relictus, ut transrhenanos barbaros Romanarum provinciarum incursione prohiberet, transitu eorum non animadverso, in reditu praeda onustos adortus, mul-

ἀνεῖλε, τὴν δὲ λείαν ἀφείλετο ξύμπασαν, καὶ ταύτην αὐτίκα τοῖς στρατιώταις διένειμεν. ὃ μαθὼν ὁ Ἀλβανός, πέμψας ἀποκομισθῆναι αὐτῷ καὶ τῷ νέῳ Γαλιήνῳ τὴν λείαν ἀπῄτει. καὶ ὁ B Ποστοῦμος συγκαλέσας τοὺς στρατιώτας, εἰσέπραττεν ἐξ αὐτῶν τὰ τῆς λείας, εἰς ἀποστασίαν αὐτοὺς παρακινῆσαι μηχανώμενος· ὃ καὶ γέγονε· καὶ μετ' αὐτῶν τῇ πόλει τῇ Ἀγριππίνῃ προσέβαλε, καὶ οἱ τῆς πόλεως τόν τε παῖδα τοῦ βασιλέως καὶ τὸν Ἀλβανὸν αὐτῷ ἐκδεδώκασιν, οὓς καὶ ἄμφω ἀπέκτεινε.

Ταῦτα γνοὺς ὁ Γαλιῆνος πρὸς τὸν Ποστοῦμον ἀπῄει, καὶ συμμίξας αὐτῷ πρότερον μὲν ἡττήθη, εἶτα καὶ ἐπεκράτησεν, ὡς καὶ τὸν Ποστοῦμον φεύγειν. στέλλεται οὖν ὁ Αὐρίολος καταδιῶξαι αὐτόν. ὁ δέ, καίτοι δυνάμενος καταλαβεῖν αὐτόν, οὐκ C ἠθέλησεν ἐπιδιῶξαι ἐπὶ πολύ, ἀλλ' ἐπανελθὼν εἶπε μὴ δυνηθῆναι αὐτὸν καταλήψεσθαι. Ποστοῦμος δ' οὕτω διαφυγὼν αὖθις συνίστα στρατόν. καὶ πάλιν ὁ Γαλιῆνος ἤλαυνεν ἐπ' αὐτόν, καὶ ἐν πόλει τινὶ τῆς Γαλλίας κατακλείσας ἐπολιόρκει τὸν τύραννον. ἐν δὲ τῇ πολιορκίᾳ πλήττεται βέλει ὁ βασιλεὺς τὰ μετάφρενα, καὶ νοσήσας ἐκ τούτου τὴν πολιορκίαν διέλυσε.

Καὶ ἄλλος δὲ τῷ Γαλιήνῳ κεκίνητο πόλεμος παρὰ Μακρίνου, ὃς δύο ἔχων υἱοὺς Μακριανὸν καὶ Κύϊντον, τυραννίδι ἐπικεχείρηκε. καὶ αὐτὸς μέν, ὅτι θάτερον πεπήρωτο τῶν σκελῶν, οὐκ ἐνέδυ τὴν στολὴν τὴν βασίλειον, τοῖς δ' υἱοῖς αὐτὴν περι-

1 αὐτίκα ταύτην AB. 16 πόλει τῆς γαλλίας τινὶ A. 20 Κύϊντος etiam in Dionis continuati excerptis (p. 239) appellatur, qui in nummis romanis QVIETVS, in Alexandrinis ΚΟΥΗΤΟϹ, in Nicaeensibus ΚΥΗΤΟϹ (non ΚΥΝΤΟϹ, ut est apud Mionnetum Suppl. 7 p. 165). 21 ὅτι θάτερον πεπήρωτο τῶν σκελῶν] ἐπειδὴ καὶ τὸν ἕνα πόδα ἐπεπήρωτο Dionis continuati exc. 118 p. 235. 22 περιέβαλλε A.

tis occisis, praedam omnem receptam inter milites statim divisit. cum autem Albanus postularet ut ea ad se et iuniorem Gallienum afferretur, milites ea repetita ad seditionem impulsos ad Agrippinae moenia adduxit, Albanumque et iuniorem Gallienum a civibus sibi deditos occidit.

Gallienus igitur bello contra Postumum suscepto primo congressu victus est: deinde tyrannum in fugam coniectum, Aureolum persequi iubet. qui cum eum assequi posset, diutius persequi nolens, causatus est se eum adipisci non posse. quare Postumum sic elapsum et copias reparantem Gallienus denuo adortus in quoddam Galliae oppidum compulsum obsedit, sagittaque in dorso ictus ob vulneris dolorem obsidionem solvit.

Sed aliud quoque bellum a Macrino est exortum: qui cum duos filios haberet, Macrianum et Quintum, regnum affectavit. ac ipse quidem ob alterum pedem mutilatum vestem imperatoriam non induit, sed

ἔβαλε. καὶ οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἀσμένως αὐτὸν προσεδέξαντο· ὁ δὲ
ὀλίγα πρὸς Πέρσας ἐνδιατρίψας, ἐπὶ Γαλιῆνον παρεσκευάζετο,
καὶ τοῖς Πέρσαις Βαλλίσταν ἀντικατέστησεν, ὃν αὐτὸς προεχει- D
ρίσατο ἵππαρχον, καὶ σὺν τούτῳ τὸν υἱὸν αὐτοῦ καταλέλοιπε
Κυΐντον. πέμπει οὖν ὁ βασιλεὺς κατὰ Μακρίνου καὶ Μακριανοῦ
τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τὸν Αὐρίολον μετὰ καὶ στρατηγῶν ἑτέρων. καὶ
προσμίξαντες αὐτοῖς ἐκύκλωσαν σφᾶς καί τινας ἀνεῖλον· ἐφείδοντο
γὰρ αὐτῶν ὡς ὁμογενῶν, καὶ ἤλπιζον προσρυῆναι αὐτοὺς τῷ βα-
σιλεῖ. ἐκεῖνοι δ' οὐκ ἐνεδίδουν. ἐκ δέ τινος τυχαίου συμβάματος
ἅπαντες τῷ βασιλεῖ προσεχώρησαν. βαδίζοντες γὰρ οἱ περὶ τοὺς
τυραννοῦντας ὀρθίας τὰς σημαίας ἀνεῖχον, εἷς δὲ τῶν σημαίας
φερόντων ἐν τῷ βαδίζειν συμποδισθεὶς πέπτωκε, καὶ ἡ σημαία
ἐκείνου πεσόντος κατήνεκτο. ἰδόντες οὖν οἱ λοιποὶ ὅσοι τὰς ση-
μαίας ἔφερον τὴν κλιθεῖσαν σημαίαν, καὶ ἀγνοήσαντες ὅπως ἐκείνη P I 633
ἐκέκλιτο, ὑπέλαβον ἑκόντα τὸν ταύτην κατέχοντα ἐπικλῖναι αὐτὴν
τῷ βασιλεῖ μεταθέμενον. καὶ αὐτίκα κἀκεῖνοι πάσας κεκλίκασι
καὶ προσούδισαν καὶ τὸν Γαλιῆνον εὐφήμησαν, μόνων τῶν Παιό-
νων περιλειφθέντων τοῖς περὶ τὸν Μακρῖνον. εἶτα κἀκείνων
μεταθέσθαι βουλομένων, ὁ Μακρῖνος σὺν τῷ υἱῷ αὐτοῦ μὴ ἐκ-
δοῦναι αὐτοὺς αὐτῶν ἐδεήθησαν, ἀλλ' ἀνελεῖν πρότερον σφᾶς W II 237
καὶ οὕτω προσχωρῆσαι τῷ βασιλεῖ· ὃ πεποιηκότες οἱ Παίονες
παρέδωκαν ἑαυτούς.

Κυΐντός γε μὴν ὁ νεώτερος τοῦ Μακρίνου υἱὸς ἐν τῇ ἑῴᾳ

4 ante τὸν υἱὸν A add καί. 10 προσεχώρησαν] προσερρύησαν A. 14 κλιθεῖσαν A, κλινθεῖσαν PW. 18 περιληφθέντων A.

filios induere iussit: atque ab Asianis cupide susceptus, cum ad breve tempus adversus Persas commoratus esset, contra Gallienum se parabat, Balista, quem magistrum equitum crearat, contra Persas relicto, adiuncto etiam Quinto filio. quare imperator Aureolum cum aliis ducibus contra Macrinum et Macrianum misit. qui hoste circumvento nonnullos occiderunt: parcebant enim eis ut popularibus suis, sperantes eos ultro ad imperatorem transituros. sed cum non cederent, fortuito accidit ut omnes ad officium redirent. nam dum tyrannorum milites erectis signis incedunt, quidam ex signiferis impeditus concidit; signoque una inclinato, reliqui signiferi causae ignari, putantes illum ultro se imperatori submisisse, humi prostrati omnes idem fecerunt, Gallienum faustis ominibus prosequentes: neque ulli praeter Pannonios apud Macrinum manserunt. qui cum et ipsi transituri essent, Macrino et filio ipsorum rogatu ne in hostium potestatem venirent interfectis, imperatori se dediderunt.

Gallienus vero contra Quintum, iuniorem Macrini filium, qui to-

ἣν σὺν Βαλλίστᾳ, πᾶσαν αὐτὴν σχεδὸν πεποιημένος ὑφ' ἑαυτόν. ἐφ' οὓς ὁ Γαλιῆνος Ὠδέναθον ἔπεμψεν, ἡγεμονεύοντα τῶν Παλ- B μυρηνῶν. τῆς ἥττης δὲ τῶν Μακρίνων τῆς κατὰ Παιονίαν συμβάσης ἀγγελθείσης τῷ Κυΐντῳ καὶ τῷ Βαλλίστᾳ, πολλαὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἀπέστησαν πόλεων. οἱ δ' ἐν Ἐμέσῃ διῆγον. ἔνθα γενόμενος ὁ Ὠδέναθος καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς νικᾷ, καὶ τὸν μὲν Βαλλίσταν αὐτὸς ἀναιρεῖ, τὸν δὲ Κυΐντον οἱ τῆς πόλεως. Ὠδέναθον δὲ τῆς ἀνδραγαθίας ὁ βασιλεὺς ἀμειβόμενος, πάσης ἀνατολῆς αὐτὸν προεχειρίσατο στρατηγόν.

Οὗτος ὁ Ὠδέναθος μέγας γενόμενος, καὶ Ῥωμαίοις πιστός, καὶ ἐν πολλοῖς πολέμοις διαφόρων ἐθνῶν καὶ κατ' αὐτῶν τῶν Περσῶν ἀριστεύσας, τελευταῖον ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἀδελφόπαιδος ἀνῃρέθη. ἐν γὰρ θήρᾳ τῷ θείῳ συνὼν ἐκεῖνος, ἐπεὶ θηρίον C ἐξέθορε, προεπεχείρησε καὶ τὸν θῆρα βαλὼν ἀνεῖλεν· ὁ δὲ Ὠδέναθος ἠγανάκτησε καὶ ἠπείλησε τῷ ἀνεψιῷ. ὁ δὲ οὐκ ἐπαύσατο, ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ τρὶς τοῦτο ἐποίησε. καὶ ὀργισθεὶς ὁ Ὠδέναθος ἀφείλετο τὸν ἵππον αὐτοῦ· τοῦτο δὲ εἰς μεγάλην ὕβριν τοῖς βαρβάροις λογίζεται. ἀχθόμενος τοίνυν ὁ νεανίας ἠπείλει τῷ θείῳ· ὁ δὲ διὰ τοῦτο τοῦτον ἐδέσμησεν. εἶτα ὁ πρεσβύτερος τῶν Ὠδενάθου υἱῶν λυθῆναι τὸν δέσμιον τὸν πατέρα ᾐτήσατο· κἀκεῖνος λυθεὶς συμποσιάζοντι τῷ Ὠδενάθῳ ἐπελθὼν μετὰ ξίφους κἀκεῖνον ἀνεῖλε καὶ τὸν ἐκείνου υἱόν, δι' οὗπερ ἐλέλυτο. ἀνῃρέθη δὲ κἀκεῖνος, τινῶν ἐπιθεμένων αὐτῷ.

5 οἱ δ' ἐν Ἐμέσῃ διῆγον] huc pertinet Dionis continuati exc. 122 p. 239 extr. 8 post βασιλεὺς A add αὐτόν. 14 προσεπεχείρησε A. 16 καὶ ante ὀργισθεὶς ABCW, om P.

tum paene orientem subegerat, Odenathum Palmyrenorum ducem misit. verum Macrini et Macriani clade Pannonica nuntiata, multae urbes a Quinto et Balista defecerunt. quos Odenathus Emesae aggressus vicit; ac Balistam ipse occidit, Quintum cives. qua de causa in rei fortiter gestae praemium dux totius orientis ab imperatore designatus est.

Hic magna gloria parta, cum fidelem se erga Romanos praebuisset ac varias gentes multis bellis devicisset, contra Persas etiam re bene gesta, tandem a fratris sui filio est occisus. qui cum in venatione belluam surgentem prior emisso iaculo deiecisset, eaque de causa a patruo obiurgatus iterum ac tertio idem fecisset, Odenathus iratus equum ei ademit, quae magna ignominia habetur apud barbaros, et hominem ea de causa minas spirantem in vincula coniecit. sed postea rogatu filii Odenathi natu maioris solutus, stricto gladio ipsum Odenathum et eius filium liberatorem suum in convivio interfecit, atque ipse etiam ab aliis est occisus.

25. Αὖθις δὲ ἑτέρα κατὰ τοῦ Γαλιήνου ἐπανάστασις γέγονεν, ἣν Αὐρίολος συνεστήσατο, πάσης ἄρχων τῆς ἵππου καὶ D μέγα δυνάμενος. ὃς τὴν πόλιν τὰ Μεδιόλανα κατασχών, ἑτοιμάζετο συμμῖξαι τῷ βασιλεῖ. ἐλθὼν δὲ κἀκεῖνος μετὰ δυνάμεως, καὶ τῷ τυραννοῦντι ἀντιταξάμενος, πολλοὺς τῶν αὐτῷ συνόντων διέφθειρεν. ὅτε καὶ ὁ Αὐρίολος ἐτρώθη καὶ εἰς Μεδιόλανα κατεκλείσθη, παρὰ τοῦ βασιλέως ἐκεῖσε πολιορκούμενος. τοῦ δὲ Γαλιήνου ἐπεκδρομὰς ποιουμένου κατά τινας τῶν πολεμίων, ἐν κινδύνῳ ποτὲ γέγονεν ἡ βασίλισσα· συνῆν γὰρ αὐτῷ. ὡς γὰρ ὁ βασιλεὺς ἐπεξέδραμε μετὰ τῶν πλειόνων στρατιωτῶν, ὀλίγοι πάνυ περιελείφθησαν περὶ τὸ χαράκωμα. ὅπερ οἱ πολέμιοι θεασάμενοι ἐπῆλθον τῇ τοῦ βασιλέως σκηνῇ,* ἁρπάσαι διανοούμενοι τὴν βασίλισσαν. εἷς δέ τις τῶν ἠμελημένων στρατιωτῶν πρὸ τῆς σκηνῆς καθήμενος καὶ τὸ οἰκεῖον ὑπόδημά τοῦ ποδὸς ἐκβαλὼν συνέρρα- P I 634 πτεν αὐτό. ὡς οὖν εἶδε τοὺς πολεμίους ἐπερχομένους, ἁρπάσας ἀσπίδα καὶ ἐγχειρίδιον περιθύμως ὥρμησε κατ᾽ αὐτῶν. καὶ πλήξας ἕνα καὶ δεύτερον, ἀνέκοψε τοὺς λοιποὺς ἀποδεδειλιακότας πρὸς τὴν ἐκείνου ὁρμήν. καὶ οὕτω πλειόνων συνδραμόντων στρατιωτῶν ἡ τοῦ βασιλέως διασέσωστο γαμετή.

Ἔτι δὲ πολιορκοῦντος τοῦ βασιλέως τὰ Μεδιόλανα, Αὐρηλιανὸς σὺν ἱππεῦσι προσῆλθεν αὐτῷ· μεθ᾽ οὗ ἀνελεῖν αὐτὸν οἱ μεγιστᾶνες προεβουλεύσαντο, ὑπερετίθεντο δὲ τὸ σκέμμα ἕως ἁλῷεν τὰ Μεδιόλανα. μαθόντες δ᾽ ἐγνῶσθαι τὸ σφῶν διαβού-

8 τινας] τινων ABC. 10 τῶν om A. 21 ἀνελεῖν αὐτὸν om C.

FONTES. *Cap.* 25. *Fortasse Dio continuatus. Eusebii Historiae ecclesiasticae lib.* 7 *c.* 27 — 30.

25. Deinde Aureolus toti equitatui praefectus, homo potens, contra Gallienum insurrexit, et Mediolano occupato se ad invadendum imperatorem paravit. sed ab eo, multis suorum amissis et vulnere accepto, Mediolanum compulsus ibique obsessus est. dum autem Gallienus contra hostes excursiones facit, imperatrix, quam secum adduxerat, in periculo fuit. nam cum hostes vallum a paucis admodum militibus custodiri animadvertissent, imperatoris tabernaculum invaserunt, imperatricis rapiendae causa. sed miles quidam gregarius, qui ante tabernaculum sedens calceum pede detractum consuebat, arrepto clipeo et pugione in eos ferociter irruit, et uno atque altero percusso caeteros illius audacia territos reppulit, dum plurium concursu coniunx imperatoris erepta est.

Gallieno Mediolanum adhuc obsidente Aurelianus cum equitibus ad eum venit: cuius occidendi consilium proceres cum Aureliano initum, dum Mediolanum caperetur, differre habebant in animo. sed cum

B λιον, ἐπετάχυνναν τὴν ἐπιβουλήν. καὶ στέλλουσί τινας, πολεμίους ἐπιέναι τῷ Γαλιήνῳ ἀγγέλλοντας· ὁ δὲ αὐτίκα ἐξώρμησε κατ' αὐτῶν, ὥρας ἤδη ἐφεστώσης ἀρίστου, καὶ ὀλίγων συνεπομένων αὐτῷ. ἀπιόντι δὲ συναντῶσιν ἱππεῖς· ὧν οὐ πόρρω που ἀφεστώτων αὐτοῦ, καὶ μήτε τῶν ἵππων ἀποβάντων μήτε τι ἕτερον ποιούντων ἃ πρὸς βασιλεῖς νενόμισται γίνεσθαι, ἤρετο τοὺς παρόντας W II 238 ἐκεῖνος "τί οὗτοι βούλονται;" οἱ δὲ "παῦσαί σε τῆς ἀρχῆς" ἀπεκρίθησαν. καὶ ὃς αὐτίκα τὸν χαλινὸν τῷ ἵππῳ ἐνδοὺς εἰς φυγὴν ἐτράπη. καὶ κἂν διέφυγε τοὺς ἐπιβουλεύοντας τῇ ταχυτῆτι τοῦ ἵππου, εἰ μὴ ὕδατος ἐνέτυχεν ὀχετῷ· παρελθεῖν γὰρ τοῦτον ὁ C ἵππος ἀποδειλιακῶς ἔστη, καὶ οὕτω κατέλαβον οἱ διώκοντες. καί τις κατ' αὐτοῦ τὸ δόρυ ἠκόντισεν. ὁ δὲ πληγεὶς τοῦ ἵππου κατήνεκτο, καὶ ἐπὶ μικρὸν διαρκέσας ἐκ τῆς τοῦ αἵματος ἐτελεύτησε ῥύσεως, βασιλεύσας ἐνιαυτοὺς πεντεκαίδεκα σὺν τοῖς τοῦ πατρός. ἦν δὲ τὴν γνώμην φιλότιμος καὶ πᾶσι θέλων χαρίζεσθαι, καὶ οὐδεὶς αἰτούμενος αὐτὸν διημάρτανεν. οὔτε μὴν τοὺς ἐναντιωθέντας αὐτῷ ἢ προστεθέντας τοῖς τυραννήσασιν ἐτιμωρήσατο.

Οἱ μὲν οὖν οὕτως ἱστόρησαν ἀναιρεθῆναι τὸν Γαλιῆνον, οἱ δὲ παρὰ Ἡρακλειανοῦ τοῦ ἐπάρχου σφαγῆναι τοῦτον φασί. τοῦ γὰρ Αὐριόλου ἐν Κελτοῖς στρατηγοῦντος καὶ ἐπαναστάντος αὐτῷ D ἥκοντός τε ἐπὶ Ἰταλίαν σὺν ταῖς δυνάμεσι, καὶ ὁ Γαλιῆνος κατ'

5 τι om A, post ἕτερον repetit C. 6 νενόμιστο A. 8 τῷ ἵππῳ τὸν χαλινὸν AB. 16 αὐτὸν] αὐτῷ B. 20 τοῦ ἐπάρχου om A.

id esse proditum intellexissent, maturatis insidiis, Gallieno hostium adventum nuntiant. contra quos illi statim sub prandii tempus paucis comitantibus egredienti occurrunt equites. qui cum non procul ab eo distantes nec ex equis descenderent nec ullum alium honorem imperatori debitum haberent, comites suos rogat quid illi sibi vellent. qui cum respondissent, eos imperium illi abrogaturos, statim laxatis habenis in fugam conversus insidiatores equi celeritate effugisset, nisi is ad fossam quandam territus substitisset; ubi persequentibus eum assecutis, a quodam hasta ictus decidit equo: nec multo post ex sanguinis profluvio decessit. imperavit solus et cum patre annos quindecim. animo liberali fuit, atque omnibus gratificari studuit, neque quemquam voti impotem dimisit, ne adversariis quidem suis, aut iis qui tyrannos secuti fuerant, supplicio affectis.

Atque alii sic periisse Gallienum, alii ab Heracliano praefecto caesum esse tradunt. nam cum Aureolus, qui Gallicis legionibus praeerat, mota seditione cum exercitu in Italiam contenderet, Gallienum

ἐκείνου ἐξώρμησε. νυκτὸς δὲ πρόσεισιν αὐτῷ ἐν τῇ σκηνῇ καθεύδοντι ὁ Ἡρακλειανός, κεκοινωνηκὼς τῆς ἐπιβουλῆς καὶ Κλαυδίῳ ἀνδρὶ στρατηγικωτάτῳ, ἀπαγγέλλων ὡς Αὐρίολος ἤδη ἔπεισι μετὰ βαρείας δυνάμεως. ὁ δὲ πρὸς τὸ τῆς ἀγγελίας αἰφνίδιον τεθορυβημένος, τῆς κλίνης ἀναθορὼν καὶ ἡμίγυμνος ᾔτει τὰ ὅπλα. καὶ ὁ Ἡρακλειανὸς πλήττει τοῦτον καιρίαν καὶ ἀποκτίννυσιν.

Ἐν τοῖς τούτου χρόνοις Ξύστος ὁ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπ' ἔτη προστὰς ἕνδεκα τελευτᾷ, καὶ Διονύσιος αὐτὸν διαδέχεται. ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐν Ἀντιοχείᾳ τὴν τοῦ Χριστοῦ ποιμαίνοντος ποίμνην Δημητριανοῦ τὴν ζωὴν ἐκμετρήσαντος Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς παραλαμβάνει τὴν ἐκκλησίαν, ὃς ταπεινὰ περὶ Χριστοῦ ἐδογμάτισεν, ὡς ἀνθρώπου κοινοῦ τὴν φύσιν γενομένου καὶ οὐ θεοῦ. καθ' οὗ σύνοδον οἱ τῶν λοιπῶν ἐκκλησιῶν ποιμένες συν- P I 635
ηθροικότες, ἐν ᾗ παρῆν καὶ Γρηγόριος ὁ θαυματουργὸς καὶ ὁ τούτου αὐτάδελφος Ἀθηνόδωρος, ἤλεγξαν αὐτὸν κακῶς περὶ Χριστοῦ φρονοῦντα, καὶ ἀπεκήρυξαν. μὴ πειθομένου δ' ἐκείνου ἀποστῆναι τῆς ἐκκλησίας, Αὐρηλιανὸς τότε κρατῶν, καὶ ἔντευξιν περὶ τούτου δεξάμενος παρὰ τῶν ὀρθοδόξων, διάταγμα ἔθετο, ἐκείνοις νεμηθῆναι τὴν ἐκκλησίαν οἷς ἂν οἱ κατὰ τὴν Ῥώμην καὶ τὴν Ἰταλίαν ἐπίσκοποι πρόσθοιντο. ἐντεῦθεν ἀτίμως ἐξηλάθη τῆς ἐκκλησίας ὁ Παῦλος, καὶ ἀντεισήχθη Δόμνος.

26. Τοῦ μέντοι Γαλιήνου ἀνῃρημένου Κλαύδιος ἀνερρήθη

2 κεκοινωνικὼς A. 7 τούτων A. 8 προστὰς ἐπ' ἔτη A. 10 Σαμωσατεὺς PW. 15 φρονοῦντα περὶ χριστοῦ A. 17 τῆς ἐκκλησίας ἐκστῆναι A.

Fontes. *Cap.* 26. *Dio continuatus, ut videtur: Exc. Vatic.* 123 *p.* 240. *Eusebii Historiae ecclesiasticae lib.* 7 *c.* 28.

contra eum abeuntem, dum noctu in tabernaculo dormit, ab Heracliano Aureoli coniurato excitatum esse. qui cum ei et Claudio viro bellicosissimo Aureolum iam cum magnis copiis adventare nuntiasset, Gallienum subito nuntio perterritum, ac seminudum lecto exsilientem armaque petentem, ab illo caesum esse.

Huius temporibus Xystus undecimo Romani episcopatus anno defunctus Dionysium successorem habuit. Demetriano Antiocheno mortuo Paulus Samosatenus successit: qui de Christo humiliter docuit, eum hominem esse natura communi praeditum, et non deum. contra hunc aliarum ecclesiarum pastores concilium indixerunt, cui etiam Gregorius Thaumaturgus et frater eius Athenodorus interfuerunt, eumque ut perperam de Christo sentientem convictum ecclesia cedere iusserunt. recusantem apud Aurelianum, qui tum imperabat, detulerunt orthodoxi: qui cum decreto iis ecclesiam attribui iussisset quibus Romani et Italici episcopi suffragarentur, Paulo per ignominiam pulso Domnus successit.

26. Gallieno interfecto Claudius Caesar est designatus. cui

B *Καῖσαρ. καὶ ὁ Αὐρίολος τὰ ὅπλα καταθέμενος αὐτῷ ὑπετάγη·*
ὃς αὖθις τυραννῆσαι ἐπιχειρῶν, ὑπὸ στρατιωτῶν διεφθάρη. Κλαύ-
διος δὲ χρηστὸς τυγχάνων ἀνὴρ καὶ δικαιοσύνῃ στοιχῶν, ἀπηγό-
ρευσε πᾶσι ζητεῖν ἐκ βασιλέως ἀλλότρια πράγματα. νενόμιστο
γὰρ τοὺς βασιλεῖς δύνασθαι δωρεῖσθαι καὶ τὰ ἀλλότρια· ὅθεν
καὶ οἱ ἔτι κείμενοι νόμοι παρὰ τῇ πολιτείᾳ ἰσχήκασι τὴν ἀρχήν.
προσῆλθεν οὖν γυνή τις, ἧς χωρίον αὐτὸς πρὸ τῆς βασιλείας
εἰλήφει ἐκ βασιλικῆς δωρεᾶς, λέγουσα "Κλαύδιος ὁ ἵππαρχος
W II 239 *ἠδίκησέ με." ὁ δὲ "ὅπερ ὁ Κλαύδιος ἰδιώτης ὢν ἀφείλετο"*
εἶπεν "ἡνίκα μή τι αὐτῷ τῶν νόμων ἔμελε, τοῦτο βασιλεύσας
ἀποκαθίστησιν."

C *Ἐν Ῥώμῃ δέ γε ἡ σύγκλητος μαθοῦσα τὴν τοῦ Γαλιήνου*
ἀναίρεσιν, τὸν ἀδελφὸν ἐκείνου καὶ τὸν υἱὸν ἐθανάτωσαν. τοῦ
μέντοι Ποστούμου τυραννοῦντος ἔτι, καὶ βαρβάρων διὰ τῆς
Μαιώτιδος διαβάντων λίμνης εἰς Ἀσίαν τε καὶ Εὐρώπην καὶ λῃϊ-
ζομένων αὐτάς, βουλῆς τε προτεθείσης τίνι πρότερον ἐπιχειρητέον
πολέμῳ, ὁ Κλαύδιος ἔφη ὡς "ὁ πρὸς τὸν τύραννον πόλεμος ἐμοὶ
διαφέρει, ὁ δὲ πρὸς τοὺς βαρβάρους τῇ πολιτείᾳ, καὶ χρὴ προ-
τιμηθῆναι τὸν τῆς πολιτείας."

Οἱ βάρβαροι δὲ πολλὰς μὲν κατέδραμον χώρας, τὴν δέ γε
Θεσσαλονίκην ἐπολιόρκουν· ἣ πάλαι μὲν Ἠμαθία καλεῖσθαι λέγε-
ται, Θεσσαλονίκη δὲ μετονομασθῆναι ἐκ τῆς Φιλίππου μὲν θυγα-
D *τρὸς Κασάνδρου δὲ γυναικὸς Θεσσαλονίκης. ἀλλ' ἐκείνης μὲν*

2 στρατιωτῶν ABC, τῶν στρατιωτῶν PW. 4 νενόμιστο A, νενόμισται PW. 16 προστεθείσης B. 18 τὸν τῆς πολιτείας προτιμηθῆναι A. 21 ἀμαθία ABC.

Aureolus armis positis se submisit: sed cum denuo regnum affectaret, a militibus occisus est. Claudius vero cum vir bonus iustitiaeque sectator esset, interdixit ne quis bona aliena ab imperatore peteret: receptum id enim moribus erat, ut imperatores etiam aliena donare possent: unde etiam leges, quae adhuc in re publica obtinent, originem duxerunt. itaque mulier quaedam, cuius praedium ipse ante imperium ex dono imperatoris acceperat, accessit, a Claudio magistro equitum iniuriam sibi esse factam conquerens. tum ille "quod" inquit "Claudius dum privatus erat nec leges curabat abstulit, hoc factus imperator restituit."

Senatus Romanus, Gallieni caede cognita, fratrem illius et filium etiam occidit. cum autem Postumus adhuc tyrannidem obtineret, et barbari Maeotide palude superata Asiam Europamque vastarent, ac utrum bellum prius conficiendum esset deliberaretur, Claudius dixit "bellum Postumicum mea interest, barbaricum rei publicae, cuius in primis habenda est ratio."

Caeterum barbari multas provincias incursantes, Thessalonicam, quae cum olim Emathia diceretur, a Philippi filia Cassandro nupta hoc

τῆς πόλεως ἀπεκρούσθησαν, ἐπελθόντες δὲ ταῖς Ἀθήναις εἷλον
αὐτάς. καὶ συναγαγόντες πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει βιβλία, καῦσαι
ταῦτα ἠβούλοντο. εἷς δέ τις τῶν συνετῶν παρ' αὐτοῖς δοκούντων
ἀπεῖρξε τοὺς ὁμοφύλους τοῦ ἐγχειρήματος, φάμενος ὡς περὶ ταῦτα
οἱ Ἕλληνες ἀσχολούμενοι πολεμικῶν ἀμελοῖσιν ἔργων καὶ οὕτως
εὐχείρωτοι γίνονται. Κλεόδημος δὲ Ἀθηναῖος ἀνὴρ διαδρᾶναι
ἰσχύσας, καὶ πλῆθος συναγαγών, μετὰ πλοίων ἐκ θαλάσσης ἐπ-
ῆλθεν αὐτοῖς, καὶ πολλοὺς ἀνεῖλεν, ὡς καὶ τοὺς περιλειφθέντας
ἐκεῖθεν φυγεῖν. Κλαύδιος δὲ κατὰ τούτων ὁρμήσας ἐν πολλαῖς
σκεδασθέντων χώραις, ποτὲ μὲν ναυμαχίαις ποτὲ δὲ κατὰ γῆν P I 636
συνισταμέναις μάχαις ἐνίκησε. καὶ χειμῶνες δὲ αὐτοὺς ἐκάκωσαν
καὶ λιμὸς ἐπίεσε καὶ διέφθειρεν. ἐν δὲ τῷ Σιρμίῳ διατρίβων ὁ
Κλαύδιος ἐνόσησε, καὶ συγκαλέσας τὸ λογιμώτατον τοῦ στρατεύ-
ματος περὶ βασιλέως διειλέχθη αὐτοῖς, καὶ τὸν Αὐρηλιανὸν ἄξιον
τῆς βασιλείας εἶπε τυγχάνειν. εἰσὶ δ' οἳ λέγουσιν ὅτι καὶ αὐτίκα
βασιλέα ἀνεῖπεν αὐτόν. ἔνιοι δὲ λέγουσι τὴν σύγκλητον ἐν Ῥώμῃ
μαθοῦσαν τοῦ Κλαυδίου τὸν θάνατον, Κυντιλιανὸν τὸν ἀδελφὸν
ἐκείνου διὰ τὸν πρὸς Κλαύδιον πόθον ἀξιῶσαι τῆς βασιλείας, τὸ
δὲ στρατιωτικὸν ἀναγορεῦσαι τὸν Αὐρηλιανόν. ἀφελὴς δὲ ὢν ὁ
Κυντιλιανὸς καὶ πρὸς πραγμάτων ἀποπεφυκὼς μεταχείρισιν, μα-
θὼν τὴν ἀνάρρησιν τοῦ Αὐρηλιανοῦ, ἑαυτὸν ἀνεῖλε, τεμὼν τὴν B
φλέβα τῆς οἰκείας χειρὸς καὶ τῇ ἐκεῖθεν τοῦ αἵματος ἐναποψύξας

1 ἐπελθόντες δὲ ταῖς Ἀθήναις — 5 πολεμικῶν ἀμελοῦσιν ἔργων Dionis continuati exc. Vatic. 123 p. 240. 5 Ἕλληνες] Ῥωμαῖοι Dionis continuati excerpta. 6 Κλεόδημος] "sic tres mss" Ducangius: "alius codex κλεομήδης" Wolfius: κλεόμηδος B. διαδράσαι B. 13 λογιμώτατον A, λογιμώτερον PW. 16 τὴν σύγκλητον λέγουσιν AB. 17 Κυντιλιανὸν] immo Κύντιλλον: qui in nummis M. AVR. CL. QVINTILLVS.

nomen accepisse fertur, obsederunt; ab eaque repulsi Athenas ceperunt. ubi cum omnes libros in unum acervum congestos crematuri essent, unus ex cordatioribus populares suos a proposito revocavit, quod Graeci, dum iis rebus occupati rem militarem negligerent, facile superari possent. enimvero Cleodemus vir Atheniensis, fuga elapsus, coactaque multitudine, navibus ex mari hostes adortus tantam caedem edidit, ut reliqui etiam inde aufugerent. Claudius vero cum eos in variis provinciis dispersos partim navalibus partim terrestribus praeliis superasset, multis etiam tempestatum vexationibus et fame consumptis, Sirmii aegrotans cum primoribus exercitus convocatis de imperatore creando dissereret, Aurelianum imperio dignum esse dixit. sunt qui eum statim imperatorem salutatum esse dicant: alii asserunt senatum Claudii morte audita Quintiliano fratri eius ob ipsius desiderium detulisse imperium; qui ut homo simplex et ad res gerendas parum idoneus cum Aurelianum a militibus imperatorem salutatum esse audivisset, incisa manus vena ex pro-

ῥοῇ, ἑπτακαίδεκα μόνας ἡμέρας ὀνειρώξας ὥσπερ τὴν αὐταρχίαν. ἀλλ' οὐδὲ περὶ τοῦ χρόνου τῆς τοῦ Κλαυδίου ἀρχῆς ἀλλήλοις συμφωνοῦσιν οἱ συγγραφεῖς. οἱ μὲν γὰρ ἐφ' ἕνα ἄρξαι τοῦτον ἱστοροῦσιν ἐνιαυτόν, οἱ δὲ ἐπὶ δύο, ὧν ἐστι καὶ Εὐσέβιος.

Τούτου τοῦ βασιλέως Κλαυδίου θυγατριδοῦς ἦν Κώνστας ὁ Χλωρὸς ὁ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου πατήρ.

27. Αὐρηλιανὸς δὲ τῆς ἡγεμονίας ἐπιβεβηκὼς Ῥωμαίων ἤρετο τοὺς ἐν τέλει ὅπως βασιλεύειν χρεών. ὧν εἷς εἶπεν αὐτῷ ὡς "ἐὰν βούλῃ βασιλεῦσαι καλῶς, χρυσῷ σε δεῖ καὶ σιδήρῳ περι-
C φράξαι σαυτόν, κατὰ μὲν τῶν λυπούντων κεχρημένον σιδήρῳ, τοὺς δέ γε θεραπεύοντας χρυσῷ ἀμειβόμενον." ὃς πρῶτος, ὡς λέγεται, τῆς οἰκείας ταύτης ἀπώνατο συμβουλῆς, μετ' οὐ πολὺ τοῦ σιδήρου πειραθείς.

W II 240 Οὗτος ὁ αὐτοκράτωρ πρότερον μὲν τοῖς τὸν Χριστὸν σεβομένοις ἐπιεικῶς προσεφέρετο, προϊόντος δέ οἱ τοῦ χρόνου τῆς αὐταρχίας ἠλλοίωτο, καὶ διωγμὸν ἐγεῖραι κατὰ τῶν πιστῶν καὶ αὐτὸς ἐβουλεύσατο, καὶ ἤδη καὶ διατάγματα συνεγράφετο. ἀλλ' ἐπέσχεν ἡ θεία δίκη τὴν κατὰ τῶν σεβομένων Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν ὁρμὴν τῆς κακίας αὐτοῦ, ὑποτεμοῦσα τὴν ἐκείνου ζωήν.

1 ὥσπερ τὴν αὐταρχίαν] τὴν βασιλείαν A. 4 Εὐσέβιος] Historiae ecclesiasticae lib. 7 c. 28. 5 θυγατριδῆς ὢν C. Κώνστας pro Κωνστάντιος hic et infra. 7 Αὐρηλιανὸς — 13 σιδήρου πειραθείς Dionis continuati exc. 125. 9 βούλῃ A, βούλει PW. 14 Οὗτος — 19 ἐκείνου ζωήν Eusebii Hist. eccl. lib. 7 c. 30.

Fontes. *Cap. 27. Dio continuatus, ut videtur: Exc. Vatic.* 125 *p.* 241 242. *Eusebii Historiae ecclesiasticae lib. 7 c. 30.*

fluvio sanguinis ultro necem sibi consciverit, per septemdecim duntaxat dies quasi somniato imperio. de spatio imperii Claudii scriptores non consentiunt: quorum alii eum unum annum, alii, ut et Eusebius, biennium imperasse ferunt.

Huius imperatoris Claudii ex filia nepos fuit Constans [Constantius] Chlorus, magni Constantini pater.

27. Aurelianus principatu Romanorum potitus magnates rogavit quo pacto imperandum esset. quorum unus ei respondit "si rem publicam rite administrare volueris, auro et ferro te munitum esse oportebit; ac ferro quidem contra hostes uti, tui vero observantes auro remunerari." atque is primus sui consilii tulisse fructum fertur, non multo post Aureliani ferrum expertus.

Qui principio imperii Christianis clementem se praebuit, sed progressu temporis mutatus persecutionem et ipse contra eos meditatus est. verum cum iam decreta contra Christi cultores scriberentur, divina vindicta improbitatem eius vita adempta coërcuit.

Ἀλλὰ μήπω περὶ τοῦ τέλους αὐτοῦ, τὰ δ' ἐν τῇ αὐταρχίᾳ αὐτῷ πραχθέντα διηγητέον. στρατηγικώτατος γὰρ ὢν πολλοὺς πολέμους ἐνίκησε. τούς τε γὰρ Παλμυρηνοὺς ἐχειρώσατο, καὶ D τὴν αὐτῶν βασίλισσαν Ζηνοβίαν κρατήσασαν καὶ Αἰγύπτου καὶ τὸν ἐκεῖ τότε στρατηγοῦντα Πρόβον ἑλοῦσαν αὐτὸς κατ' αὐτῆς στρατεύσας κατεπολέμησε καὶ ὑπέταξεν. ἣν ἔνιοι μὲν εἰς Ῥώμην ἀπαχθῆναί φασι καὶ ἀνδρὶ συναφθῆναι τῶν ἐπιφανεστέρων ἑνί, οἱ δὲ καθ' ὁδὸν αὐτὴν θανεῖν λέγουσι, περιαλγήσασαν διὰ τὴν τῆς τύχης μεταβολήν· μίαν δὲ τῶν θυγατέρων αὐτῆς εἰς γυναῖκα λαβεῖν τὸν Αὐρηλιανόν, τὰς δὲ λοιπὰς ἐπισήμοις τῶν Ῥωμαίων συζεῦξαι.

Οὗτος καὶ τὰς Γαλλίας ἐπὶ πλείστοις ἔτεσι παρά τινων τυραννούντων κατεχομένας τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ αὖθις ἐπανεσώσατο, καὶ ἄρχοντας ταύταις ἐγκαταστήσας αὐτὸς ἐπὶ Ῥώμην ἐπανελήλυθε, καὶ ἐθριάμβευσεν ἐπὶ ὀχήματος ἐλεφάντων τεσσάρων. P I 637 ἀλλὰ καὶ Γάλλους τότε κινηθέντας κατηγωνίσατο. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐπὶ Σκύθας τὴν στρατείαν ἔθετο, ἀνῃρέθη, γενόμενος κατὰ τὴν Θρᾳκῴαν Ἡράκλειαν. Ἔρως γάρ τις καλούμενος καὶ τῶν ἔξωθεν φερομένων ἀποκρίσεων ὢν μηνυτής, ὡς δέ τινες ἱστοροῦσιν, ὠτακουστὴς καὶ προσαγγέλλων τῷ βασιλεῖ τὰ παρά τινων περὶ αὐτοῦ λεγόμενα, ὀργισθέντος αὐτῷ τοῦ Αὐρηλιανοῦ, ἐπεβούλευσεν αὐτῷ. καὶ μιμησάμενος τὰ ἐκείνου γράμματα, γραφήν τινα συνέταξεν ὀνόματα περιέχουσάν τινων δυνατῶν, κελεύουσαν τὴν ἐπὶ θάνατον ἐκείνους ἀχθήσεσθαι· ἣν ἐκείνοις ὑποδείξας παρέθηξε τοὺς

2 αὐτῷ] αὐτοῦ A. 8 θανεῖν αὐτὴν A. 9 τῆς om C. λαβεῖν εἰς γυναῖκα A. 21 αὐτῷ prius A, αὐτὸν PW.

Sed nondum de eius obitu, donec res sub eo gestas exposuerimus. nam cum rei militaris peritissimus esset, multa bella prospere confecit. Palmyrenos subegit, eorumque reginam Zenobiam, Probo praetore capto Aegypto potitam, debellavit et subegit. hanc alii Romam perductam viro claro nupsisse ferunt, alii in itinere prae animi aegritudine ob mutatam fortunam obiisse: defunctae filiam unam uxorem duxisse Aurelianum, caeteras nobilibus Romanis despondisse.

Hic Gallias etiam plurimis annis a tyrannis occupatas imperio Romano recuperavit, et magistratibus ibi ordinatis Romam reversus quadrigis elephantorum triumphavit. Gallos quoque tum res novas molitos devicit. sed cum expeditionem contra Scythas suscepisset, iuxta Thraciae Heracleam est occisus. nam Eros quidam a responsis externis, aut, ut alii tradunt, delator, imperatori ea quae in eum dicerentur referre solitus, insidias Aureliano, a quo per iracundiam obiurgatus erat, comparavit; et manum eius imitatus litteras composuit quibus potentes qui-

ἄνδρας πρὸς φόνον τοῦ αὐτοκράτορος. δείσαντες γὰρ ἐκεῖνοι περὶ τῇ σφετέρᾳ ζωῇ ἐπιτίθενται τῷ Αὐρηλιανῷ καὶ ἀναιροῦσιν αὐ-
B τόν, ἓξ ἐνιαυτοὺς ἠνυκότα παρὰ τῇ βασιλείᾳ μηνῶν ὀλίγων ἐνδέοντας.

28. Ὃν διεδέξατο Τάκιτος, πρεσβύτης ἀνήρ· πέντε γὰρ ἐτῶν εἶναι καὶ ἑβδομήκοντα ἀναγράφεται ὅτε ᾑρέθη εἰς μοναρχίαν. τὸ στρατιωτικὸν δὲ αὐτὸν ἀνηγόρευσε καὶ ἀπόντα· ἐν Καμπανίᾳ γὰρ τότε διέτριβεν. ἔνθα δεδεγμένος τὸ ψήφισμα, εἰς Ῥώμην εἰσήλασε μετὰ σχήματος ἰδιωτικοῦ, καὶ γνώμῃ τῆς συγκλήτου τε καὶ τοῦ δήμου τὴν στολὴν περιεβάλετο τὴν βασίλειον. Σκύθαι δὲ τὴν Μαιώτιδα λίμνην καὶ τὸν Φᾶσιν ποταμὸν περαιωθέντες Πόντῳ καὶ Καππαδοκίᾳ ἐπῆλθον καὶ Γαλατίᾳ καὶ Κιλικίᾳ. τούτοις ὁ Τάκιτος συμμίξας καὶ ὁ Φλωριανὸς ὕπαρχος ὢν πολλοὺς
C ἀνεῖλον, οἱ δὲ λοιποὶ φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσαντο. Μαξιμῖνον δέ τινα συγγενῆ ἑαυτοῦ ἡγεμόνα τῆς Συρίας προεχειρίσατο Τάκιτος· ὁ δὲ κακῶς τῇ ἀρχῇ χρώμενος ἀνῃρέθη παρὰ στρατιωτῶν. καὶ δείσαντες οἱ τοῦτον ἀνελόντες ὡς οὐκ ἀτιμωρήτους αὐτοὺς ὁ αὐτοκράτωρ παρόψεται, ἐπιδιώξαντες κἀκεῖνον ἀνεῖλον, οὔπω ἕβδομον μῆνα παρὰ τῇ βασιλείᾳ ἀνύσαντα, κατὰ δέ τινας μὴ ὅλους δύο ἐνιαυτούς.

W II 241 29. Καὶ τούτου σφαγέντος δύο κατὰ ταὐτὸν ἀνερρήθησαν βασιλεῖς, Πρόβος μὲν ἐν τῇ ἑῴᾳ παρὰ στρατιωτῶν, ἐν δὲ Ῥώμῃ παρὰ τῆς συγκλήτου Φλωριανός. καὶ ἦρχον ἄμφω, Πρόβος μὲν

8 εἰς] εἰς τὴν B. 11 δὲ] γὰρ B. 18 ἐπιδιώξαντες om C.
22 ἑῴᾳ] ἀσίᾳ A. στρατιωτῶν ABC, τῶν στρατιωτῶν PW.
23 παρὰ τῇ συγκλήτῳ A.

Fontes. *Cap.* 28 29. *Fortasse Dio continuatus.*

dam viri capitis damnarentur, iisque ostensis eosdem ad caedem imperatoris incitavit: qui vitae suae metuentes Aurelianum sustulerunt, sex annis imperio potitum, paucis mensibus demptis.

